

phantis Hierosolymam rediens, crucem domini à Persis ablatam secum deferens eo loci reponit, in quo antea fuerat. Captos à Persis in patriam remittit. Rediens deinde Constantinopolim literis & otio delectatus, ad astrologiam se contulit. Sororis tamen suæ filiam tantus imperator cōtra ius fasq; in uxorē accipit; & ut sceleri scelus adderet, quod fieri consuevit, ubi quis in peiora labitur, ad Eutichianos transiit, eo potissimum tempore quo Anastasius Persa monachus sub nomine Christi à suis captus, martyrum passus est: cuius reliquiae postea Romanae adiectæ sunt, & in monasterio beati Pauli repositæ ad aquas saluias, ut uulgo dicitur. Ferunt eodem tempore Sisebutum Gothorum regem plurimas Hispaniæ ciuitates, quæ ad Romanos defecerant in fidem receperisse. Iudeosq; omnes in regno deprehensoris grauioribus suppliciis ad Christi fidem compulsi se roseat. ^(ut aiunt) Heraclij, qui in fatis habuerat, sibi caendum à circuncisióne esse, cum tamen postea haud sati fati necessitatem circumspiciens, à Saracenis circumcisionem obseruantibus oppressus sit. Agebantur hæc in oriente, nec suis athletis pro fide Christi carebat occidens, Arnulphus enim Metensis episcopus confilio & sanctitate Dogoberatum Frâcorum regem in officio continebat, adiuuante Amando Traiectensi episcopo, uiro quidem optimo, & religionis Christianæ defensore acerrimo. Hispanus quoq; Isidorus Hispanus episcopus Leandri successor multa tum scripsit, quæ fidè Christianâ mirifice iuvant. De summo enim bono, de uiris illustribus, de vocabulis gramicates, & etymologis libros compositi. Historiæ præterea ab Adâ usq; ad tēpore Heraclij, uitas quorundam sanctorum, historiæ Longobardorum, & brevè quandam cosmographiæ styllo fatis eleganti edidit. In eo homine pluris facienda est certe sanctitas q̄ cruditatem. Sunt qui scribant Iisdorum Germaniæ fuisse, quanq; Hispaniæ hunc suū esse affirmit; utcunq; sit, fatis cōstat, eti fuisse quavis laude dignū ob doctrinā & sanctitatem. Deus autem dedit, cuius tempora ad hæc etiam quæ diximus notiora fecere, & terramotus, & scabies quædam ita ad elephantiam tendens, ut deformitate cognoscî homines non possent, moritur pontificatus sui anno tertio, die tertio & uigesimo, ac sepelitur in basilica Petri sexto idus nouembri, eius morte episcopatus tum uacat mensem unum, dies. XVI.

LXXX. ponti.

BONIFACIVS. .V.

Eleutherius
patricius.Mahometus
Arabi.

Bonifacius quintus, natiōe Capanus, patre Iohāne, eo tēpore pontificatus iniij, quo Eleutherius patricius Romanam ab Heracio missus, uindicata Iohannis herarchi morte, semetipsum regem Italiam creat. At uero cū Româ proficisci cōfātū militib; suis necatur, eiusq; caput Constantinopolim mittit. Huius in locū postea Italius patricius Constantiopolitanus hexarchus suscepit. At Theudelinda (ut dixim^o) mortuo Adaldo marito, unā cū filio regnum Longobardorum sapienter & integrè gubernans, inter Longobardos & Italos pacem decēto continuat, ecclesiæ multis donis & muniberis exornauit, fundos quoque his adiecit, quorū prouentibus sacerdotes urentur. Anno uero duodecimo Heraclij Mahometus Arabs, ut quidam uolunt: ut, alij Persa, nobili genere nat^o, patre qui deos gētiūm coleret, matre Hebraica Hismaeliti ci generis, magnū in christiano populo excitauit incendiū: & ita magnū, ut uerear ne eius secta nostra potissimum atate reliquias christiani noīs penit^o extinguat, adeo tepeſcim^o, & aīo ac corpore lāguidi interitū nostrū expectātes cōcidimus. Inualeſit ei? secta nunc multo magis q̄ ante. Nam tota Asia & Aphrica magna pars Europæ Mahometanis principib; subiecta est. Instat nūc Turci terra ac mari, ut nos tanq; cuniculos ex his Europa latebris eruant. Sedemus otiosi, alter alter expectātes, quæsi hoc malū uniuersae rei publicæ christianæ nō immineat. Expectant sacerdotes, ut a secularibus hoc tm bellū & tā necessariū sumat. Expectat itē seculares, ut presbyteri tuēdar religiōis causa pecunias in sumpt^o bellicos polliceāt & submīstrēt, nec in peiores usus effundat, quēadmodū sa cere pleriq; cōsueuere, pecunias eleemosynis & sanguine martyris cōparatas, in aurea & argentea uasa & prægrātia qdē fundētes, pagi de futuro solliciti, dei quē tm utilitatis gratia colūt, & hoīn contéptores. Ad Mahometum redeo, uirum adeo uersutum & acris ingenij, ut cū inter christianos diu uersatus esset, oēsq; oīm q̄ ante fuere sectas cognouis

set, nouam quandam superstitionē introduxit, ut uidetur, qua prope nostra religio extincta est. Ausus est etiā cōparato ingēti Arabum exercitu fines Romani imperij turbare, cuius motus Heraclius cito cōpeluit, sollicitatis ei^o ad defectionē militibus pollicitatiōibus & p̄mījs. Bonifacius autem pontifex uir singularis humanitatis & clementiae, magna in omnes benignitate & gratia utens, nullū genus officij, qd bonum pastorē deceret, pratermisit. Instituit præterea ne qui ad ecclesiæ confugerent, inde uī retrahētur: neue acolyti reliquias martyrum attraſcent, quod est presbyterij, aut subdiaconi officium. Mandauit item ut quoquis in loco sacrilegi anathematizarentur: ut ue testamētū iussu p̄ncipis ubiq; ualeret. Coemiterium autē beatī Nicomedis fecit et dedicauit. In clericos uero integre uiuētes unice liberalis & munificus fuit. Gallus autē beatī Columbani discipulus, ita in occidētū uiuebat, ut etiā in uita sancti nomē mereretur. Huīus uelfigia securus est Eustachius abbas, secura & sancta Aurea, in cuius honorem beatus Eligius monasteriū uirginum aedificauit. Ferunt etiam Basiliū quendam Isidoro aequalē uita, morib; & doctrina insignem tum habitum fuisse. Moritur autem Bonifacius pontificatus sui anno quinto, die decimo, & in basilica Petri collachrymatis omnibus sepelitur. Eius autem in morte diebus tredecim sedes tum uacat.

dij Elidius.

HONORIVS. .I.

LXXXI. pon.

Honorius natione Campanus, patre Petronio uiro consulari, eo tēpore pontificatus tū iniij, quo Theudelinda morit, eiusq; filius Adaldo^e regno dēficit, suffecto in ei^o loci Aricaldo. Instabat tum (ut dixi) Heraclius q̄ de Persis trūphauerat, ut oēs ludæi imperio subiecti baptizaren̄. Hac ob iē Saraceni et Arabes arma sumētes à nativitate Christi anno sexētimo tertio ad uigesimo, ita Heraclij duces superarunt, ut hoīem felicē primo mox infelicissimum reddiderint, duce Mahometo, qui cū magnū se dei prophetam assereret, magicis artibus Asianos & Africanos deludens, ita populos quosdā cōcītauit noua a se religione imbūtos, ut paulū abfuerit quin omīno imperij nō mē delerēt, capta Alexandrā, multisq; alijs Syria & Cilicia urbibus: Saracenos sectatores suos habuit, a Sara Abraham legítima uxore ita appellatos, quasi legitimos diuinæ professionis successores & hæredes. Secutus est homo callidissimi ingenij hac in re Hieroboā exēplum, qui tribū suā alios colēdi ritus cōscriptis, ne unq; ludæorū ī imperio subfessent. Idem postea fecere Græci à catholicis dissentientes, nō ob religionē ī modo, sed ob īmperii, cuius gratia Nestorianorum, Iacobitarū & Hebitonitarū errores secuti sunt. Vege postremo hac pertinacia eo deducit sunt, ut unā cū religiōe & secta imperium omnino amiserint, in turpissimam seruitute redacti. Mahometus autē (ut in Alcorano legitur) quo magis sectatores suos à religione christiana sciungeret, hæreticos quosdā in cōpōnēdis legibus, maxime uero Nestorianos secutus est, multa hincide cōtra legē Moseos & euāgelij dei astute colligēs, ac in unū quasi corpus redigēs. Ferunt Heraclij tū quidē desperatiōe & foedam pacem cum Saracenis iniisse, & Pyrrhi patriarcha Constatinopolitanū & Cyri Alexandrinū episcopi fraudibus deceptum, in hæresim quoq; Monothelitarum incidisse, unā tantimmodo uoluntatē in Christo esse dicentū, unde nomen accepere. Hos tamē postea tā erroris autores hortatē Honorio, & uerum ante oculos literis & nuncijs ponēte, telegauit Heraclius. Honorus autē à rebus externis aliquantulū quietis adeptus, doctrina, morib; sanctissimis omnē prope clerum renouauit. Basilicā beati Petri regulis aeneis ex Ioue capitolino sumptis cooptuit. Aedem Hagnetiis martyris uia momentana, ut carmen in apside indicat, aēdē Pancratij uia aurelia restituit. Templum quoq; Maſtalj ad aquas saluias, rēplum quatuor coronatōrū martyrium, templum beati Cyriaci uia Hostiensis militario septimo, rēplum Seuerini apud urbē Tiburtinā magnificētissimis operis edificauit; & argento auro, porphyreticis, & marmoreis lapidib; īcrustatione parietum, opere teectorio, opere uermiculato exornauit. Restituit etiā coemeteriū Marcellini et Petri uia lauicana. Ecclesiā q̄q; beati Hagnetiis apud sanctū Sylvestru, ecclesiā beati Hadriani in tribus foris huius mādato & īmpēsa aedificatas fuisse, scribunt nōnulli; ut uero unoquoq; sabbato à sancto Apolinari ad diū Petru iretur cum letanijs

nomentana forte
legendum.

primus instituit. Moritur autem uir sanctissimus anno pontificatus sui duodecimo, mense undecimo, die XVII. ac in basilica Petri sepelitur quarto idus octobris. Eius morte anum unum, menses septem, dies decem & octo sedes interim uacat.

LXXII. pō.

SEVERINVS. I.

Electio pon
tificis impera
tori confirma
re solebat.

Seuferinus patria roman⁹, patre Labieno, in demortui Honorij locum subrogatus, ab Isatio totius Italie hexarcho in pontificatu confirmatur. Vana tunc enim habetur baſi cleri ac populi electio, nisi id imperatores, aut eorum hexarchi confirmasset. Isatus itaq; ob eam caufam Romanum prefectum, cum pontificem confirmasset, ne gratuito tantum laboris suscepisse uideretur, thefaurum & sacrarium basilicæ lateranensis ad iuuantibus romanis quibusdam spoliat, resistentibus aliquādiu, frustra tamen sacerdotiis templi, quorum primates omnes postea in exilium misit. Indignabatur enim Isatus eos tantum in thefauris habere, neq; quicq; in usus bellicos conferre, praesertim cum milites in opia rerum omnium tunc laborarent. Huius præda partem militibus conceperit, partem secum Rauennam detulit, reliquum uero ad imperatorem misit. Saraceni autem, quos pretios conductos ab Heraclio diximus, cum eis auare maligne pœna pœnas merces persolueretur, in Syriam profecti, Damascum imperio subiectam uiri capiunt. Deinde uero cum reliquis Arabibus, qui domi remanserant coniuncti, commeatibus & armis adiutati Mahometi furor incitat, Phoeniciam, Aegyptum peruagati, resistentes tum imperio suo, tum legi mahometanae passim cedunt. Ver si deinde in Persas Hormisida Perlarum rege interempto, non prius uafandi omnia finem fecere, q; Saracenorum legem & imperium suscipiunt. Verum Heraclius audita Saracenorum licentia, capta præsertim Antiochia, ueritus ne Hierosolymam occuparent, crucem domini Constantiopolim deferendam curauit, ne iterum in Agarenorum manus deuenirent. Agarenos enim Græci Arabas appellauunt ob ignominiam, quasi ab Agar ancilla Abrahæ ortos: neq; ita multo post Hierosolyma capta est. Mahometo autem (ut quidam scribunt) ad Mecha mortuo in principatu Caliphæ succedit. Post hunc Hali. Quo quidem pulso, q; nimis superstitionis est, alterum Calipham sibi ducem Aegypti creaue. Ferunt tum etiam ne quid calamitatis desferet, quod romanum uexaret imperium, Sisebutum Gotthorum regem omnes Hispaniae ciuitates Romanis admisit: ac tum denum Romanos imperare in Hispania defuisse. Seuerinus autem pontifex uir singularis pietatis & religiosi, amator pauperum, in calamitosos benignus, in omnes munificus, in reparandis templis splendidus, pontificatus sui anno primo, mense secundo moritur, ac sepelitur in basilica Petri quanto nonas Augusti. Vacat tum sedes mensem unum, dies tredecim.

LXXIII. pō.

IOHANNES. IIII.

Rhotaris A
rioaldo in re
gno successit
arriane sc̄e.

Tohanes quartus, natione Dalmata, patre Venantio, pontificatum iniens, statim mira pietate uisus est. Ex reliquis enim thefauris, quos Isatus apud Lateranū reliquerat, captiuos omnes, quos potuit Istrios & Dalmatas a captiuitate redemit. Inter ea uero Rhotaris, qui Arioaldo in Longobardorum regnum successerat, licet iustitia & pietate insignis habitus sit, ad arrianos tamē declinat, passusq; est, ut eodem tempore omnibus regni sui ciuitatibus duo episcopi pari potestate præsident: alter enim catholicus, alter arrianus, habeatur. Tanti præterea ingenii fuit, ut leges quae sola memoria & usu retinebantur, in seriem quandam redegerit, codicemq; ipsum edictum appellari præcepit. In re autem militari ita præstans fuit, ut Heretruriam omnem & Liguriam cum ora maritima Massiliam usq; in suam redegerit potestatē. Anno deinde sexto regni sui moriens, Rhodoaldo filio regnum reliquit. Ferunt sacerdotem quendam Rhotaris corpus apud templum Iohannis baptistæ sepultum, noctu aperto tumulo spoliasse: solent enim pretio quendam cum regum corporibus reponi. Hanc ob rem beatus Iohannes homini apparet, ei mortem interminatus est, si deinceps templum suum ingredieretur. Huic enim sancto Rhotaris mirum in modum in uita deditus fuerat. Idem contigit temporibus nostris Alouisio cardinali, patriarchæ Aquileiensi. Eruto enim sepulchro ab his spoliatur, quos ipse ex infima forte hominum ad dignitatē sacerdotalē et meliorem fortunā

erexerat. Rhodoaldo igitur regni gubernacula suscipiens, Gundibergam reginam Theodelindam uxorem accipit, quæ religionem matris imitata, ut illa Modocia, sic ipsa Tarracinae Iohannis baptistæ templum edificat, plurimoq; auro & argento exornat. At Rhodoaldo in adulterio deprehensus, a marito adultera interficitur. Huic autem succedit Arípertus Gudaldi filius, Theodelinda reginæ frater, qui apud Ticinum salvatoris oraculum condidit, uarijsq; ornamenti insigniuit, & fundis dotauit. Iohannes autem pontifex ueritus ne corpora Vincentij & Anastasi aliquando in manu barbarorum deuenirent, ut Romam q; diligenter ferrentur curauit, ac iuxta fontem lateranensem in oratorio beati Iohannis baptistæ magna cum ueneratione collocauit. Sit qui scribant huius pontificis tempore & Vincentium Beluacensem episcopum, & Muardum archiepiscopum Remensem sanctitate & doctrina in prelio fuisse. His addunt & Reginalpham Gallam matronam genere & sanctitate insignem; & Renaldum Traiectensem episcopum, uita & miraculis clarum. Iodocus quoq; his nequaq; inferior est habitus, qui Brutonum regis filius preto regno, cum aliquādiu in eremo uiuisset, tandem in pago Pontio moritur. Iohannes autem pontificatus sui anno primo, mense nono, die nono moriens, in basilica Petri sepelitur quarto idus octobris. Vacat tum sedes mensem unum, dies tredecim.

THEODORVS. I.

LXXV. pō.

Theodorus natione Græcus, patre Theodoro episcopo Hierosolymis oriundo, pontificatum iniens, omnia quæ ad dignitatem religionis christianæ pertinebant, arbitrabatur circumspectebat, ut bonum pastorem decet: in omnibus, maxime autem erga pauperes mira benignitate uentus. Inter ea uero Heraclius trigesimo imperij sui anno, morbo intercutineo perit, cum paulo ante Theodororum cognomento Caliopam mortuo Isatio hexarchum in Italiam misset: In locum uero demortui Heraclij primo sufficitur Constantini filius, qui quanto suscepti imperij mense, ueneno opprimitur Martinus nouerca & Heraclonus insidijs, quos quidem ad tatum facinus (ut aiunt) Pyrrhus patriarcha instigauerat. Heraclon itaq; mortuo fratre imperium occupat, eo potissimum tempore, quo Cyrus, Sergius & Pyrrhus Acephalorum hæresim instaurantes, unam operationem in Christo, humanitatis scilicet & diuinitatis, unamq; uoluntatē prædicabant. Ex his autem Pyrrhus audita Heraclij morte redefidit in patriam cupidus, ex Aphrica ubi exulabat Romanum uenient, ac errati ueniam petens non ex animo, sed fite, a Theodoro uiuendi formam accepit. Verum prius uitam amisit, quam tanto scelere quaſitam dignitatem poterit obtinere. Senatus enim populusq; Constantiopolitanus cognito scelere, in Martinam Heracleonemq; consurgens, cum hunc naso, illam lingua mutilatam relegasset, Pyrrhum de fuga retractum interficit. Constantium uero Constantini dolo necati filium imperatorem creat. In locum autem Pyrrhi Paulum episcopum sufficit, quem Theodorus pontifex Romanus dignitate priuauit, quia orthodoxæ fidei normam & rationem suscipere recubat, adiuuante eius stultitudinem Constantino in eandem hæresim stolidæ nimium prolapso. Conuersus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda sanctorum corpora, Primi & Feliciani martyrum reliquias ex arenatio uia nomenclata ablatis in urbem deferens, in basilica Stephanii protomartyris in Cælio monte collocat: multis ornamenti, tum ex argento, tum ex auro adhibitis. Idem quoq; basilicam edificat uia flamminea non longe à ponte milvio, & statim dedicat. Duo postremo oratoria construxit & ornauit: quorum alterum erat apud Lateranensem basilicam beato Sebastiani; alterum uero uia hostiensi Eupulo martyri dedicatum. His ita constantei & sancte peractis, moritur pontificatus sui anno sexto, mense quinto, die decimo octavo: sepeliturq; in basilica Petri pridie idus Maii. Episcopatus autem diebus duobus & quinquaginta tum uacat.

MARTINVS. I.

LXXVI. pō.

Martinus primus, patria Tudertinus, patre Fabricio, in Theodori locum sufficit, legatos statim Constantinopolim misit, qui Paulum adhortarentur, ut omisiss erroribus suis aliquando ueritatis callem ingredieretur. Is autem non

g

modo pontifici bene moneti non obtemperat, uerum etiam eius legatos Constantij auctoritate abusus, in diuersas insulas relegat. Quā ob rem indignatus Martinus synodum centum & quinquaginta episcoporum Romae habuit, in qua Cyri Alexandrini, Sergij ac Pyrrhi damnationem renouauit, & Paulum patriarcham omni anathematis uinculo damnatum priuauit. Interea uero dum hac ita agerentur, pax Italæ quæ inter Romanos & Longobardos annis triginta durauerat, turbari iam cepta est. Longobardis omnia ad utilitatem suam trahētibus; contrā uero recusantibus Romanis, quæ præter ius fasq; mandarentur, maxime uero cum Rhotaris Arriana labi inquinatus, nullam ferme ciuitatem haberet, cui non Arrianum pariter & catholicum episcopum præposuisset. Hunc autem errorem emendare conati Theodorus & Martinus, rem sapientius frustra tentauerant. Ob has igitur causas instantे etiam Theodoro Italæ hexarcho, bellum Longobardis indicitur. Non detrectarunt illi certamen. Ad Scultennam siquidem Mutinæ amnē acriter utrinq; pugnatum est. Tandem uero Theodorus superatus funditur & fugatur. Quo quidem in prælio ex suis ad septem milia desiderati sunt. Rhotaris autem tanta uictoria elatus, Liguriā omnem haud magno negotio breui in potestate suam redigit. Interea uero Constantius fortunam cum duce mutaturus, reuocato Theodoro Olympium hexachum in Italiam statim mittit, qui primo quidem & Monothelitarum fecit per omnem Italiam spargeret; & Martinum pontificem, aut interficeret, aut captiū ad se perducendū curaret. At Olympius Romanum ueniens, ubi iam synodus habebat cōtra hūc atq; alios orientalis ecclesiæ errores, cū uīrus cōceptū spargere nō posset, lictorē suū immisit, qui Martinū in ecclesia sanctæ Mariæ maioris caperet, & ad se pduceret; uel saltē parere recusantē interficeret. Factur' mādata lictor, dei miraculo subita cæcitate corripit. Atq; ita diuinā maiestatis nūtū tñ discrimē tū Martin' euasit. Hac uero orientalis & occidentalis ecclesiæ discordia freti Saraceni Alexandria cū ingenti clastic soluentis, Rhodium puenere; captiāc; urbe colossum fama celeberrimū demoliti sunt, ex cuius ære nōgentos camelos onustos ferūt. Erat enī septuaginta cubitorū, cuius autor Charles Lyfippi discipulus habitus est. Deinceps uero occupatis multis Aegei maris insulis in Siciliam nauigātes, multa dāna Siculis intulerē, quod Olympius Martinum precibus motus eos insula depulit, non sine magna nauim, milītum ac suiūpīus iactura; ibi enim morbo corruptus moritur. Constantius uero tot calamitatibus nihil melior factus, Theodorum Caliopam cum his mādati iterum in Italiam mittit, ut primo quoq; tēpore Martinum pontificem ad se uincitum mitteret; eisq; rei socium addidit Paulum Pellarī, qui tantum facinus curaret. Theodorus à Romanis perbenigne exceptus, cum salutandi causa adire pontificem simularet, homini catenas imiicit, eumq; Constantinopolim mittit. Vnde postea in Chersonesum ponti exiliū causa deportatur; ubi quandam beatus Clemens Romanus præsul exulauerat. Martinus autem multis calamitatibus circuētus, ac inopia rerum omnium pressus, tandem in exilio moritur, pontificatus sui anno sexto, mense uno, diebus sex & uiginti. Sedes autem Romæ quatuordecim mēsibns tum uacat, quia nūl certi de sanctissimi uiri morte habebatur.

EVGENIUS. I.

LXXXVII.
pontifex.Litera Eugenij negantes
dūs opatio-
nes & uolu-
tates in Chri-
sto.

EVGENIUS primus, patria Romanus, patre Ruffiniano ē Cælio monte. Martino in pontificatu successit, eodem ferme tempore, quo Petrus in locum Pauli hereticū Constantinopoli sufficitur. Hic enim eti melius aliquātulum de religione sensit quā Paulus, non tū usque adeo cādem fidei normam tenuit, quam sancta Romana ecclesia prædicat & seruat. Cuius quidem literæ Romam missæ, duas operationes & uoluntates in Christo negantes, ita sunt explosæ, ut clerus ipse interdicens pontifici ausus sit, quo minus in ecclesia sanctæ Mariæ maioris sacrificaret, nisi prius tā prophanas literas recesisset. Interea uero Grimoaldus dux bñuen tanus Rhomoaldo filio Beneuenti duce relicto, cum ingenti exercitu in Galliam Cisalpinam mouens, Papia Pertheritem, Mediolano Gundibertum Arithperti filios expulit. Quod ubi Clodoueus Francorum rex intellexisset, casum adolescentium miseratus, magnas copias statim in Italiam misit, quæ

adolescentes in regnum paternum restituerent. In Transpadana regione prælium utrumque magna animorum concitatione committitur, cum illi redire in ditionem paternam, hic retinere bello partum conarentur. Tandem uero se inclinante ad Grimoaldum fortuna fusi ac fugati Galli, Italia expelluntur. Sunt tamen qui scribant Gallos hac ratione deceptos esse. Longobardi enim simulata fuga, castra rerum omnī copia ac uini potissimum plena relinquentes, haud longe in insidijs confiterant: Galli uero castra ingredientes rati ueram esse hostium fugam, in omnem uoluptatem effunduntur, epulis & uino replentur, quare superuenientibus hostibus, cum somno etiam grauati passim ueluti pecora sine custode facerent, ita ab hostibus cædunent, ut uix nūcius superfluerit, qui tantam cladem Clodoueo nunciaret. Hac uictoria fretus Grimoaldus, omnem pro uinciam statim in potestatem suam redigit. Eugenius autem pōtifex, uir mira pietatis, religionis, mansuetudinis, comitatis, munificentia, pontificatus sui anno secundo, mensē non moritur; ac in basilica Petri sepelitur quarto nonas iunii. Vacat tum sedes mensē unum, dies octo et uiginti.

ITALIANVS. I.

LXXXVIII.
pontifex.

VITALIANUS patria Siginus, ex oppido Volscorum, patre Anastasio, eo tempore pontificatum inīt, quo Cæsarea Perfarum regina nesciente marito cū paucis fidelibus Constantinopolim uenit, anno sexēcētimo tertio ac. LXXX. Quæ quidem ab imperatore honorifice suscepit, non multo post characterem baptisimi suscepit, cuius rei causa profecto uenerat. Hoc ubi intellexisset Persarum rex, legatos statim Constantinopolim mittit, qui uxore ab imperatore repeatant. Respondet impator in arbitrio reginae esse standi uel discedendi, proinde eam sciscitentur. Interrogata regina responderet, nunquam redituram in patriam, nisi rex Christiani nomē suū ciperet, qui statim re cognita cum quadraginta milibus hominum Constantinopolim pacato agmine ueniens, perbenigne ab imperatore susceptus, unā cum militibus suis baptizatus, in regnum cum uxore reuertitur. Postea uero Constantius Constantino filio in partem imperij suscepit, comparata ingenti classe Constantinopolī soluens, Tarentum peruenit: copias etiam terrestres nauibus onerarijs secum uehens. Inde uero terrestri itinere in Samnitium ueniens, ob fidere Beneuentum instituerat. Verum ubi intellexit urbem valido praesidio, multisq; commeatibus Rhomoaldi diligentia munitam esse, Luceriam mouens, urbem ui cepit; ac direptam solo æquauit. Inde autem Acherontiam profectus, cum urbē munitissimam capere non posset, Beneuentum oppugnare adortus, statim obsidionem soluit, quod intellexerat Grimoaldus propediem cum magnis copijs affuturum, ut filio Rhomoaldo op̄ ferret. Neapolim igitur primo, mox Romanam inde Constantius p̄tens, magna incommoda in itinere pasus est. Saburro autem ciue Romano cum uiginti milibus hominum apud Phormias relicto, qui hostes reprimeret, tandem ad urbem peruenit, prodeunte obuiam pontifice cum clero & populo usq; ad sextum lapidem honoris causa. Ductus per urbem plaudente multitudo in basilicam Petri, pallium auro intertextum sancto obtulit. Interim uero Rhomoaldus patris auxilio fretus, Saburum aggreditur & superat; ac plurimos Græcos interficit. Hac desperatio motus Constantius, quinta postea quā urbem ingressus est die, ad direptionem conuersus, omnes statuas ex ære & marmore ad ornatum urbis locis insignibus positas, omnia ecclesiārum ornamenta paulo decētiora distrahit, ac nauibus ad id subiectis imponit; plusq; ipse ornamentorum septem diebus urbi detraxit, quā barbari antea ducentis & quinquaginta octo annis, ne dicant maleuoli, & historiarum ignari, Gregorij pontificis iussu commi- nutas esse maiorum statuas & monumenta. Duodecimo autem die Roma in malam rē abiens, Græculus nequam & perfidus Neapolim contendens; inde quoq; in Siciliam p̄ficietur, ubi q; tributa adeo acerbe colligens, ut filij obārati a parentum complexibus diuellerent. Commoratus aliquātulum in Sicilia homo auarissimus, dū Syracusis in balneo libidinī uacat à suis occiditur: in eiusq; loci Mezentius, cuius fraude necatū putant Constantium, imperator à militibus creat. Magna fuit in hoc homine uarietas. Nam pri-

g. ij

Cantus ori-
natur ab Vita
liano.

mo quidē ubi intellexit Vitalianū pontificatum iniſſe, nuncios misit, qui ei ſuo nomi
ne gratularenſi; quiq; euāgeliā aureis literis ſcripta, ac multis gemmis ornata beato Pe-
tro condonare. Deinde uero mutata ſententia, nec diſi nec hominib; pepercit, diui-
na humanaq; omnia confundens. At Vitalianū cultui diuino intentus, & regulame-
clefiaſticā compoſuit, & cantum ordinauit, adhibitiſ conſonatiā (ut quidam uolit)
organis. Theodorum quoq; archiepiscopum, & Hadrianū abbatem uiros doctiſſimos
atq; optimos in Britanniā mittit (quam Angliā uocant) cum magna poſteſtate ligā
di & ſoluunt, quo Britannoſ in fide, prædicationibus & exemplo continentur. Fece-
re mandata, ac quidē diligēter uiri optimi. Librū præterea Théodorus ſcripſit, quo de-
clarauit, qua poenitentiā dilui unumquodq; peccatum poſſit. Sunt tamen qui hoc opus
Theodoſo pontifici ascribant. Vitalianus autem bene & ex ſententia quanti in eo fuīt,
gubernata ecclieſia, anno. XIII. pontificatus ſui, mense. VI. moriſ; ac ſepelitur in baſilica
Petri, VI. calendas Februarii. Ep̄atus autē tum uacat menſibus, IIII. diebus quindecim.

LXXXIX.
pōtifex.

A D E O D A T V S . I.

Lupus Foro-
iulianorū dux

A Deodatus patria Romanus, patre Iouiniano, ex monacho pontifex creatur, eo
tempore potiſſimum quo Lupus Foroſiulanorū dux regnum Italie occupa-
re conat' eſt. Grimoaldus enim (ut diximus) a filio Rhomaldo duce beneue-
tano contra Conſtantium imperatorem in auxiliū acciſus, Lupo (ut aiunt) regnū &
oues commendauit. In Hertruria enim Aemilia & tranſpadana Italia omnia tumulū Lu-
pus inuoluit. Hanc ob rem Grimoaldus Bauaros duce Cacanno in Lupum pecunias &
pollicitationibus mouet; qui primo congreſſu a Lupo ſuperati ſunt. Verum ſequenti die
praliiſi repetentes, Lupum ſuperant & obruncant, ac totum Forumiū diripiunt. Grimoaldus autem abeunte ex Italia Conſtantio in Cifalpinam rediēs, Forum populi fabba-
to ſancto aggrefus, cæſis omnibus diripiut, ac folo aequauit, propter iniuriā quā eo lo-
ci a Rauenatisbus acceperat, cum in auxiliū filij proficiſceretur. Dum uero Arnefites
Lupi filius adiuuantibus Dalmatiſ dueatum paternum repetit, ad Natifonem fluuium
a Longobardis ſuperatus, duce Vectari Vicentino comite cæditur. Opitergini quoq;
hanc calamitatem ſenſere. Domo enim et patria pulsi ſunt; quia Arnefitis ſtudioſi erant,
in Sicilia uero tum quoq; laboratum eſt: eo enim ex omnibus prouincijs Romanis pro-
fecti milites ſunt, ad oppri mendum Mezentium; cuius doſo Conſtantius interfectus fu-
erat. Quo ſublatō, cum omnes paſſim dilaberentur, ſuperuenientibus cum magna claſſe
Saracenis, & Syracusa & tota insula occupatur. Vnde poſtea onuſti preda Alexandri-
am redeuent, urbis quoq; Romæ ea ornementa fecum detulere, que Conſtantius Syra-
cuſas aduexerat eo animo, ut inde Conſtantinopolim trañcerentur. Indicabāt profecto
tot clades, tot mala, & ſtella crinita, quam Græci cometem appellant; que tribus conti-
nuis menſibus apparuit; & pluuiæ magna, ac frequentia tonitrua, qualia nūquā ante
fuere. Sed cacum eſt humānū genuſi; eī futura præuidet, nō tñ ut decret, ſibi ca-
uet. Ferunt autē hi frequentibus pluuiis, omnes ſegetes conculcatas iterū renatas eſſe;
& ad maturā frugē perueniſſe, in Cifalpina potiſſimum. Intererū uero Adeodatus uir re-
ligione & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes bñficus, in ho-
ſpites benignus, erga calamitosos miſericors, ecclieſiam beati Petri uia portuēſi iuxta pō-
te Merulū iſta inſtaurauit ac dedicauit. Auxit & monaſteriū ſancti Eraſmi in Cælio mon-
te adiſiſijs & fundis, ubi ipſe monaſticā uifā duxerat. Supplicatiōes quoq; frequētes ha-
buit ad abolenda prodigia, quæ diximus tñ apparuſſe. Demū uero pōtificatus ſui anno
III. mēſibus duobus, diebus, V. uir ſanctissimus moriſ; & ab omnibus ſletus ad baſilicā
Petri ſepelitur, ſexto calendas Iulij. Vacat tum ſedes menſibus quatuor, diebus uiginti.

Cometis appa-
riſſo.

XXXX.
pōtifex.
Grimoaldus
Longobardo.

D O N V S . I.

Donus patria Romanus, patre Mauritio, eo tempore pōtificatus iniſſe, quo Grimoaldus Longobardorū rex moriſ; IX. die poſt phlebotomiā in brachio factā,
dum arcu in columbam ſagittā acriter intēdit, qđ fieri nō ſine magna neruosa
& uenari contentione ſolet, unde ſanguis ſine ulla intermiſſione prodiſt. Fuere in hoc

rege multæ præclaræ corporis & animi dotes. Tantū enī imprudentia & cōſilio ualuit,
non ſolum in rebus externis, uerum etiā in domesticis, ut quedā capitulo ac quidem uti
lia Rhotaris regis edicto addiderit, quæ poſtea legi formam accepere. Fuit p̄terea me-
diocriſ ſtaturæ, corpore ualidus, capite calvo, p̄missa barba, nec aīo minus in rebus agen-
dis q̄ corpore promptus. Sepultus eſt aīi Papiae in baſilica beati Ambroſi, quā ipſe ſua
impensa ædificauerat. Pertaris autē Arithperti regis filius, quē pulſum à Grimoaldo di-
ximus, dū ex Gallia in Britanniā trañceret, incerta uoce admoveſ, ut mortuo Gri-
moaldo regnum paternū repeatat; qua quidē uoce permorū, licet incertus habereſ au-
tor, in Italiā rediens tertio menſe poſt Grimoaldī mortem, regno paterno ſine conte-
tione poſitus eſt. Eodem ferme tempore Dagobertus Francorum rex uir callidi & aſtu
ti ingenij, nec cōſilio minus q̄ manu promptus moriſ, cuius anima ē manibus dæmoni
lipaream inflamam ppe attingentiū liberatā ferūt Dionyſiac Mauritiū martyris, ac etiam
Martini confessoris auxilio, quos ſemp dum uixit, ut patronos coluit, et tēplis honoratio
res reddidit. Donus autē pontifex honori & culeti diuino cōſilens, uelſibū beati Petri
(quod paradise uocant) quadriporticū marmoribus ſtrauit, ſublatiſ (ut arbitror) ex
illa pyramide, quæ in uaticano eſt ē regiōe molis Hadrianæ. Inſtaurauit præterea & re-
ſtitutas dedicauit ecclieſiam apolloſorum, uia hofſienſi; & ecclieſiam beatae Eufemie uia
appia ſitam. Cleruſ quoq; diuerſiſ ordinib; diſtinxit, & honorib; auxit. Monachos
uero quodam Syros cum Nestorianis ſentientes in monaſterio Boetiano depreheſos
& caſtigatos, in uaria monaſteria diuifit; Boetianicū Romanis incolendū tradidit. Pra-
terea autem tñ ualuit doctriña & sanctitati uita, ut Rauennatiſ ecclieſiam ē Romana īa
pridem ſegregatam, & ob eam rem Aliocephalim appellatam, ſed apostolice obtēpe-
rantem reddiderit. Theodoř eiusdem ecclieſia præſide in hanc opinionem descendēte.
Sunt etiā qui ſcribāt huīus téporibus & Proiectū ep̄im in agro cameracensi ob fidem
Chriſtij pœnā & gloriā ſubiſſe; & Mezelindim foemina incompatibilis pudicitia
tū habitā, quæ ab Ardenio amatore petita, & uarijs cruciatibus affecta etiā pro pſecuto-
re ob crīmē dei nutu obcæato, ita orauit, ut eius p̄cibus homini ſceleſto & in teperanti
lux tandem ſit reddita. At Donus pōtificatus ſui anno. V. mense. V. die. X. moriſ; ac ſepelit
ad baſilicam Petri apolloſi. III. idus Aprilis, cuius in morte ep̄iscopatus uacat mēſibus
duobus, diebus ſedecim.

A G A T H O . I.

A Gatho natione Siculus, patre Romano, anno domini. DCCII. ex monacho pō-
tifex creaſ, uir certe tantæ ſanctitatis, ut leproſum obuiu faciūt osculo ſuo ſta-
tim liberauerit. Tantæ præterea manuſuetudinis & humanitatis fuit, ut nemini
a ſe unq̄ tristē dimiſerit. Nactus itaq; imperatoris moribus ſuis haudquaquam diſſi-
milem Monothelitarum cauſa concilium habere conſtituit. Expectauit itaq; donec Cō-
ſtantinus à bello in patriam rediret, qui Saracenos a ſe uictos imperio Romano uectiga-
les reddidit. At uero cum Bulgari ex Scythia ueniētes Thraciam tum inuaſiſtent, eo-
rumque impetum retardare imperator conaretur, ab hostibus Pannoniā inter &
Moefia ingenti clade ſuperatur. Hanc ob rem pacem nō aquiſit conditionibus inire ne-
ceſſe fuit. Pannonia ſiquidem & Moefia hisad incolendum conceſſa eſt, non ſine magno
rei publicæ Christianæ emolumento & commodo. Hi enim tanquam propugnatō-
res noſtri, bellū iam ſeptingentiſ & ſeptuaginta annis contra Thurcos Christiani nomi-
niſi hostes aliſde gerunt. Pace itaq; hac ratione pta, Agatho pontifex ſtatim legatos Cō-
ſtantinopolim mittit, Iohannē Portuensem ep̄iscopum, & Iohannem Romanae ecclieſia-
diaconum. Hos perbenigne ſuceptos, mira charitate Conſtantinus adhortatus eſt, ut o-
miffis cauillatiōib; & ſophiſticis altercationib; ex aq; & bono omni controverſia
ſublata, duas ecclieſias unam tandem facerent. Aderant in ea synodo ducenti & octoginta
tanouem ep̄iscopi. Delati in medium ſunt imperatoris iuſſu ē bibliotheca Conſtantino-
politana libri, unde antiquorum patrum ſententia & decreta perlegerētur. Inuerterebat
ueras maiorum ſententias Gregorius patriarcha Conſtantinopolitanus & Macharius
Antiochenus, unani tātum uoluntatem & operationem in CHRISTO eſſe diuidentes.

Aliocephalis
ecclieſia.

LXXXI. pō.

Conſtantinus
Saracens de-
uictis Romā
redit.

Verum cum orthodoxi rationibus & autoritatibus instarent, ac Gregorium in ueram sententiam deduxissent, Macharium pertinacem anathematizant, eiusq; sectatores: & Theophanum abbatem uera sentientem in locum Machari Antiochenum episcopum creant. Hac autem re ex sententia feliciter gesta, ut deo gratiae agerentur, q; utrancq; ecclesiastis unam fecisset sententia & animis, Iohannes episcopus Portuensis octaua paschae eorum principis ac patriarcha, coramq; populo Constantiopolitano in basilica sanctae Sophiae missam latine celebrat, approbantibus omnibus, qui tum aderant, uerum esse ac sanctum illum sacrificandi morem: & qui aliter sentiunt, a recto & honesto discedere.

Sextus synodus

Primasyno-
dus Nicæe.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

LXXXII
pontif.Pallij usum ar-
chiepiscopi te-
pore Leonis
non emebant.

Hac est autem sexta uniuersalis synodus ducentorum & octoginta novem episcoporum Constantiopolis habita, qua Cyrilli, Athanasi, Basilij, Gregorii, Dionysij, Hilarij, Ambrosij, Augustini, Hieronymi, sententia conclusum est, duas naturas & operationes in Christo esse, explosaq; illorum pertinacia, qui unicam esse in domino voluntatem dicent, unde Monothelites uocati sunt. Prima enim synodus trecentorum & XVIII. patrum (ut antea diximus) Nicæa habita est, pontifice Iulio, ac Constantino principe contra Arrium, qui diueras in trinitate substantias ponebat, Secunda Constantiopolis centrum & quinquaginta patrum, Gratiani principis & Damasi papæ temporibus contra Macedonium & Eudoxium, negantes deum esse spiritum sanctum. Tertia in Epheso ducentorum patrum, magno Theodosio principe & pontifice Cælestino contra Nestorium Constantiopolitanum episcopum, qui uirginem non dei, sed hominis tantum genitricem appellavit; quiq; aliam personam carnis, aliam faceret diuinatis; & seiuicium alterum esse filium dei, alterum hominis prædicaret. Quarta Chaledoniæ, qua urbs è regione Byzantini est sexcentorum & triginta patrum, Leone pontifice & Martiniano principe contra Eu- themicum Constantiopolitanum abbatem: qui afferere nō dubitabat Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis consistere, sed sola diuina contentum esse. Quinta Constantiopolis contra Theodorum & hereticos omnes, qui Mariam uirginem solum hominem peperisse dicebant, non deum & hominem: qua in synodo constitutum est, ut beata uirgo theotocos diceretur, quia uerum deum & hominem peperat. De sexta synodo satis superioris diximus, in qua etiam plurimū valueru literæ Damiani episcopi Ticenensis, Mansueti archiepiscopi Mediolanensis nomine missæ, quibus hac potissimum in erant. Hæc est uera dei & hominis fides ut duæ credantur in deo voluntates, duæ operæ. Ego (inquit) q; tuum ad diuinitatem, et pater unum sumus: q; tuum uero ad humanitatem pertinet, pater maior me est. Præterea uero secundum humanitatem eum in nauis dormientem cernis, si diuinitatem inspicis, uentis & mari imperat. Agatho uero, cuius tempore post luna ac solis eclipsim peste ac grauiissima quidem laboravt, est, pontificatus sui anno secundo, mense sexto, die quinto decimo moritur, ac sepelitur ad sanctum Petru-

trum quarto idus Ianuarij, cui morte annū unū, mēs quinq; sedes tū uacat. L E O. II.
pontif.

Leo secundus, natione Siculus, patre Paulo, uir doctissimus fuit latīna ac græca, ut eius scripta indicat. Præterea uero adeo musices peritus est habitus, ut psalmodiam componueret, hymnosq; ad meliorem cōcentum redegerit, artem exercitatione confirmans. Idem quoq; instituit, ut in celebratione pax populo daretur. Sextam uero synodum (de qua in Agathone diximus) ita suscepit, ut eosdem anathematis zauerit, quos sancta synodus præsente Constatino damnauerat. Cōrudit etiam superbi am præfulū Rauennati, quod Agatho inchoauerat. Instituit enim ne electio cleri Rauenatis ualeret, nisi eadē Romanae sedis autoritate confirmata fuisset. Antea uero hexarchos poterit fredi, diuina atq; huius oīa pro arbitrio animi miscebāt, nemini obtéperat, quia si Romanis pontificib; pares. Leonis quoq; instituti est, ac quidē sanctū, quod utinam hodie obseruaref, ne ad archiepiscopatū assumptus pro usu pallij aliorū ue officio; quicq; ecclesiastis persolueret, cū ex hac largitiōe multa qdīe mala oriens. Agebatur hæc a Leoni, cū Rhomaoaldus dux beneuētanus cōparato magno exercitu Tarentum, Brundusium, ac totam Apuliam occupat, eiusq; uxori Theodata, mulier piētissima ex his manub; nō lōge à Bencuento basilicā in honorē beati Petri ædificat, addito sacrarū uirginis

ecenobio. Morit deinde Rhomaoaldus, cui Grimoaldus filius sine stirpe uirili succedēs, Gisulpho fratri ducatum reliquit. At Leo in quo præ doctrinam & eloquētiā singulatis religio, mira pietas & clemētia fuit: quicq; omes uerbis & exēplo ad iustitiā & forritudinē, humanitati, benignitati adhortabat, pōtificatus sui mēs decimo morit, sepeli turq; collachrymatisbus omib; tanq; publico parēte orbatis ad basilicā Petri quarto cālendas Iulij. Post eius morte mēsibus undecim, diebus uno & uiginti episcopatus uacat. Brevis fuit huius sanctissimi uiri pōtificatus, sed gloria tanta ut diutius uixisse apparet, cū eius nomen oīm laudib; merito celebretur. B E N E D I C T U S. II.

Gisulph.

LXXXIII.
Pontif.

Benedictus iunior, patri Romanus, patre Iohāne, ab inuente atate Christo militans diuinā scripturā ita operā dedit, ut doctrinā & exercitatione in rebus diuinis singularis tum haberetur. Addo eius humanitati, pietati, gratia in omes, maxime uero erga pauperes, quibus uirtutibus hominū corda ita sibi deuinxit, ut tuū unū habere, q; omniū suffragijs in locū demortui Leonis merito subrogaretur. Ad hūc aut Cōstantinus imperator hominis sanctitatem p̄motus sanctiōnis misit, ut deinceps quem clerus, populus, exercitusq; Romanus in pōtificis delegisset, eundē statim uerū Christi uicariū esse oēs crederēt: nulla aut cōstantinopolitanū principis, aut Italīæ hexarchi expectata autoritate, ut ante a fieri consueverat. Id enim ratū erat in creando pontifice, quod princeps confirmasset: uel qui eius uices in Italia gerebat. Pertharis uero Longobardū rex religionem Benedicti & pietatem imitatus, monasterium Papia in honorē sanctæ Agathæ ædificat. Eius autem uxor Rhodelinda uirū exemplo permota, extra moenia Ticinensem basilicā beatā uirginē extruit, qua ad Perticas dicitur. Hoc autem fecere exultatione moti, q; intellexerat Benedictum pontificem Romæ beati Petri apostoli, Laurentij martyris in Lucina, beati Valentiniāni uia flaminīa, uirginis genitricis ad martyres templū magnis sumptibus restituisse: eademq; ophitico & porphyretico lapide, incrustatione parietum, opere tectorio & uermiculato, argenteis atq; aureis uasib; uestibus inauratis & holosericis exornasse. Erat & Perthari in animo maiora tempora extremitate, sed eum retraxit Alalchis Longobardus Tridentinus dux, qui elatus uictoria, q; Bauaros ingenti clade superaserat, in regem suum arma mouet. Verum Pertharis comparato exercitu hominem patri impetu fundit ac fugat, clausum Tridenti aliquandiu obsidet: quo quidem noctu fuga inde abeunte, Tridente potitur. Tanta præterea Pertharis regis clementia fuit, ut & hominem ad se redeuentem in gratiam recipere, & cū Br̄ianorum ducem creauerit. Sunt qui scribant Benedicti temporibus, stellam iuxta uergilius per aliquot dies & noctes apparuisse sereno calo inter natalem dominī & Epiphaniā, Stellam ipsam apparuisse non negauerint, & quidem crinitam, atq; aliquid portendent. Sed de ortu uergilius non coheret, nisi id quoq; prodigiōs factū arbitremur. Aequinoctio enim uerno oriuntur uergilius, cum sol arietis signum ingredi: quod fieri consuevit nono cālendas Aprilis, occidereq; incipiunt aequinoctio autumnali. Quod autem ex Vefuio monte Campaniæ tantus ignis tum eruperit, ut loca circumquaque posita exulta sint, minus mirum uide, cū Plinius ille, q; naturalē historiā scriptit, ex classe cui tū iussu Traiani præterea, ad uisitudi spectaculū profectus, cōsumptus incendio dīcat. Vt cūq; sit, constat tū non ita multo post cādes, rapinas, incēdia, mortes principum subsecutas esse, maxime uero Benedicti pontificis: qui ut æque omnibus in uita charus fuit, ita pōt morte ab omnibus ut sanctus, & bene de humano genere meritus celebrat. Mortuus aut pōtificatus sui mēs decimo, die duodecimo, sepeliturq; apud beatū Petru Idf; Maij. Et aut in morte sedes uacat mēsib; duobus, dieb; quindecim. I O H A N N E S. V.

Iohanes quintus, natōe Syrus, p̄fia Antiochenus, p̄f Cyriaco, pontifex creat eo ferme tpe, quo impator Cōstantinus decimo septimo impī fui anno morit, filio Iustiniano secundo in impio relitto: q; qdē tēpestate Saraceni Libyā & Aphrica inuaserē, siāq; mari exposta haud magno negotio occuparūt. Vez Iustinianus cōfirmato aliq; ex parte impio, cōparatoq; satis magno exercitu in Saracenos mouēs, eoz duci Abimelech (quē Admiratū uocat) tū terroris icūllit, ut ultro pacē petierit, atq; Aphrica restituerit. Sunt

LXXXIV.
pōtific.
Iustinianus secundus filius
Constatini imp̄ator.

scribat pacem in decenniis his cōcessam, hac cōditioē tñ, ut mille nūmos aureos, seruū tñ ex gēte sua equo insidente Romano imperatori singulis dieb⁹ penderet. Iohannes itaq; uir singularis religionis & māsuetudinē uno oīm cōsensu pōtifex creat⁹ in ecclesia Saluatoris, quæ Constatiniana appellatur ad Lateranū, ea ratione, quæ Leo secundus confecrā à trib⁹ ep̄is, Hōstie, Portuēsi & Veliterno; quē quidē morē posteri deinceps tenuere. Huius pontificatum celebrē etiam fecerit & Felix Flauiani patruus, uir tantæ integrat⁹ & doctrinæ, ut Condiperthus Arithpertus filius Longobard⁹ rex ei baculum argento & auro insignit⁹ uirtutis gratia dono dederit, & Iohannes Bergomati episcopus, cui ob sanctitatē & doctrinā reges etiā & p̄cipes honoris gratia afflurgere cōsueuerāt. Iohannes autē & antea & in pontificatu ualedicinariū, cū libellū de palli dignitate cōpo fuisse, pontificatus sui anno primo moritur, sepeliturq; ad sanctum Petrum, IIII, nonas Augstii. Eius in morte sedes uacat mensibus duobus, diebus, XIX.

C O N O N . I.

LXXXV.
ponit.

Lauz Conoris

Platina in a-
gro ceremo-
nensi.Paschalis ar-
chibp̄teri
pecunia solici-
tat pro ponti-
ficiatu.LXXXVI.
ponit.

Conon Thracia oriūd⁹, in Sicilia educatus, inde Romanæ ecclesiæ militis, ex presbytero pontifex creatur. Nam dum Romani Petrum archiepiscopum, ex exercitu uero Theodorum presbyterem in Iohannis demortui loci sufficere conant̄, tandem post longā alterationē in hanc sententiam uenere oēs nūtu diuinū impulsi, ut Cononē eligeret, uirum certe tanto p̄incipatu dignum, si animi dotes, si corporis inspīcimus. Erat em̄ moribus, literatura, pietate, religione dignitatis specie insignis, quē nō nulli angelicum ob uenerabilem canicem & dignitatem formæ appellarunt: animi sim plicis & iegrit̄, modestia & iustitia singularis; cōstātia & prudētia plusq; hūrae semp est habitus. Hanc ob rem uestigio oēs, ad quos pertinebat, eum cōfirmarunt cum maxima acclamatione laudum suarum. Idem fecit Theodorus hexarchus Rauēnas, cui quidem in magistratu mortuo, non ita multo post Iohannem Platina in hexarchatu succēsit: hunc ego crediderim dedisse nomen meo natali solo, quod Platina appellat̄ in agro Cremonensi posuit. Nam cum inter hexarchos & Longobardorum reges frequentia bella committerentur, haud dissonum uero sit, cum ille locus prope mediis inter Rauennā & Papiam sit, quarum altera Longobardorum, altera hexarchi sedes habere, ibidem aliquid uel pugnatū esse, uel castra habita; quibus ex rebus locis ipsi plerūq; nomina indita legimus; ut in eodem agro Vitellianam oppidum à Vitellianis castris, & uicū Bebrignanum non longe à Bebriaco Othonis clade in signem uideamus. Ad Cononē redeo, qui post initium pontificatum statim in ualedicinē incidit: unde Paschalis archibp̄ter, ac thesauri pontificij dispensator regnandi cupidus, Iohannem hexarchū pecunia sollicitat, ut eius suffragijs post mortem Cononis pontificatus sibi decernatur. Acccepit pecuniam hexarchus; quanq; nihil eoꝝ quæ promiserat deinceps p̄fūliterit. Non erat certe alio præmio quām frustratione dignus homo avarus, & imperandi cupidus, qui thesaurum ecclesiæ, quem mandato Cononis, tum in elemosynas pauperum, tum in restitutionem templorū erogare debuerat, in largitionem effuderit; quo nihil potest esse in iure p̄fūlū ecclesiastico detestabilis. Hoc non fecisset Gubertus episcop⁹ Britannus, uir ea tempestate doctrina & integritate uitæ insignis; non Leodegarius martyris episcopus Augustinensis, qui Theodorici Francoꝝ regis iussu interfecitus est, q; eum p̄sape tyrannidis arguerit. Non Audocn⁹ Rhotonagēlis archiepiscopus, doctrina & sanctitate nulli scđus. H̄i em̄ nō in ambitioē et auaritiae, sed in deo & doctrina sp̄cōēm suā collocarūt: unde postea condignā, cñ apud deū, tñ apud hoīes accepere mercedem felicitatis æternæ ac gloria. Moritur autem Conon pontificatus sui mense undecimo, die tertio, sepeliturq; ad sanctum Petrum undecimo calendas octobris. Vacat tum sedes mēsibus duobus, diebus tribus & uiginti.

S E R G I U S . I.

Sergius natione Syrus, patria Antiochenus, patre Tiberio, Adeodati pontificis tēspore Romam ueniens in clerum Romanum asciscitur. Deinde uero ob eius doctrinam et diligentiam circa mysteria ac rem diuinā, per ordines confundēs, fāct̄a Susanna ad duas domos presbyter cum titulo eius loci creatur. Frequentare tum

magis atq; magis cōmiteria cōcepit, eisdemq; in locis solēnia celebrare, qua ex te tantum sibi nominis comparauit, ut defuncto Conone, in eius locum suffectus sit, non sine altercatione tamen. Populus enim Romanus bifariam diuisus, hinc Theodorum, hinc Paschalē archidiaconum petebat. Irruperat iam Theodorus cum factioē sua interiore partem episcopatus lateranensis; exteriora uero Paschalis occupauerat ab oratione sancti Sylvestri usq; ad basilicam domus Iuliæ, quæ campo imminent. Verum cum ibi tanta alteratio & rixa esset, ut de pugna non ambigeretur, cum alter alteri cesturus non uideret, nisi uī & armis pulsus, principes ciuitatis cleri militiaq; Romanæ unum in locum secedentes, quid maxime fieri oporteret ad tollendam seditionem consultant. Tandem uero re ipsa discussa, cum neutri eorum qui ob ambitionem tantos motus concitauerat, demandandum pontificatum censerent, dei nutu nemine aduersante, Sergium pontificem deligunt: eundemq; è media turba humeris tollentes, primo in oraculum Cæsariorum martyris, mox in lateranensem episcopatum detulerunt, refractis ui foribus, repulsiq; his q; locum occupauerant. At uero Theodorus cognito omnium consensu Sergiū pontifice salutat & osculatur. Idem fecit Paschalis alter competitor, licet inuitus, cogente multitudo que armis circumstrebatur. Hic tamē clanculū Iohannem Platinum hexarchū Ravennam literis, nuncijs & pollicitationibus adeo concitauit, ut quæ antea pollicitus erat, largitione corruptus tandem p̄fūlere; ut idem Iohannes Romanum cōseptim ueniret nullis praemissis nuncijs, quo negligentes & incautos opprimeret. Verum ubi intellexit Sergiū omniū consensu pontificem declarat̄, instaretq; ut quæ Paschalis pollicitus erat sibi p̄fūlarentur, aduersante Sergio q; tantam largitionem improbareret, donaria quædā ex basilica Petri suffulit. Verum Paschalis tanti malī causa, magices accusatus & conuictus, ut fortilegus archidiaconatu priuatur: in monasteriumq; penitentiæ caufa retruditur: ubi quinquēnlio post eadem semper pertinacia usus moritur. Interēa uero Iustinianus cum in deum tum in homines mira inconstātia usus, & Saracenos & Bulgarios p̄fūler federa pacis initia adoritur, à quibus certe plus incōmodi accepit q; intulit: & Constantinopolim rediēs à ciuib; omnib; odio habitus, q; sauitia p̄fūfecti urbis nō cōpescūsset, synodus habuit, in qua nōnulla approbat̄ sunt, orthodoxa fidei nequaq; cōgrētia. Eadē quoq; Sergiū apocrifarius, qui tum Constatinopolī erat, subscriptione sua stoli de nimium confirmauit. Verum cū postea Romam delata à Sergio exploderentur, qui non unam, sed duas in Christo naturas tenebat, ac uirginē & sacerdotis fuisse, ira percit⁹ Iustinian⁹ Zachariā protospathariū (quē nos p̄cipe militia dicere possumus) Romā misit, qui Sergiū ad se uinctū traheret; quod ubi sensere milites hexachatus italicī, raptis propere armis, non solum pontificem à tanta iniuria tutati sunt, uerum etiam pagi affuit quin Zachariam occiderent: quem p̄tifex ad se cōfugientē in cubiculo suo aliquādiū cōseruatum, clanculū ad imperatorem remisit. Agebant haec Romā cum Leontius annuente Gallinico patriarcha plebe Constatinopolitanā ad arma excita, refractis omnibus custodiis urbis, unde multi nexi prodierunt: Iustinianum imperio deiecit, ac truncis naribus exulatum in Chersonesum Ponti mittit. Hec cū intellexisset Abimelech Saracenos admiratus, Aphricam statim inuadit seditionib; Constantiopolitanorū fretus, eo propere & Leontius copias suas mittit, quæ barbarorū impētū retardarent. Verē non ita multo post seditionē inter eos orta, Tiberiū quendā ciuem Constatinopolitanū imperatorem creant, qui confessum Constatinopolim cum exercitu ad nauigans Leontius capit, & eodē affectum supplicio, quo Iustinianum diximus in carcerem coniicit, maiori ludibrio hominē referuās. Philippū præterea Nicophori patrīcij filium, qui ei in adi p̄fūlē īmpio fauerat, in exiliū mittit, quod aequalibus suis narrauerat se per quietē uideisse aquilā caput suum alis obtegere, ueritus ne imperiū adolescenti portendere. Dūt̄ hēc Cōstātinopoli agerent, Pipin⁹ Austrā gubernator & dux, occupādi regnū Frāciae fūdamēta iecit. Cū em̄ intellexisset Bertariū quendā ignobilē, cui⁹ opa Theodoric⁹ Frāciae rex plurimū utebas, omnibus odio esse, coactis in unū ingētibus copijs in Gallia traject̄it; ac Theodoricum cum Bertario obuium factū, collatis signis fundit fugat̄, Sa-

Iure sibi Bertarius fuga quaesivit. In regnum uero Theodoricus sese recipiens, Pipini uitorem pace sequestra regni gubernatorem, & maiorem domus (ut Galli aiunt) efficit. Is autem in Austriam rediens, q̄ à Germanis & Sueuis uexari suos intellexerat, superatis hostibus in Franciam denuo redit, quod mortuo Theodorico regnum ad Chil depertum fratrem eius peruenisse cognouerat, eō perueniens, & à rege perbenigne suscepitus, cum filium Grimoaldum domus regiæ gubernatorem instituisset, in Sueuos & Germanos iterum rebellates infesto animo redit. At uero Sergius p̄t̄fex relegato lūtiniano pace ac quiete uifus, basilicam Petri ab aliis ruderibus renouatisq̄ tignis, stilicidisq̄ parietibus, in antiquam formam restituit. Frontispicium basilicæ opere uermiculato exornauit, candelabra atq̄ alia templi ornamenta ex auro & argento confecit in eadem basilica, & partem dominicæ crucis inuenit in capsula ænea, & beati Leonis corp' ui lius usq̄ ad tēpōra sua iacens, q̄ eius merita requirebat, honestiore ac celebratore loco re posuit. Statuas apostoloz ueritate exoletas renouauit. Multaz præterea ecclesiarum, quas commemorare longum esset, ornamenti collapsa, uel restituuit, uel nouas de integro fecit. Constituit præterea ut in fractiōe dominici corporis caneretur, Agnus dei q̄ tollit peccata mundi, miserere nobis; ut letaniæ quoq̄ à sancto Hadriano quotannis diceretur per uerbum die annūciationis sanctæ genitricis ac Simeonis instituit. Rauennati⁹ autem Damianum, Berfluardi uero Britannis archiepiscopos dedit. Ecclesiā Aquileien sem quinā synodus non omnino approbatem ad sanitatem doctrinae & autoritate sua tandem perduxit. Sunt qui scribant Lambertum uig. sanctissimū apud Leodium ea tempestate martyris subiisse; q̄ Pipinum reprehenderit, qui uxori pellicem Alpiadē su perinduxerit. Hoc autē facinus ipsius Alpiadis fratre cōmisiſſe, qui postea morbo pediculari cōsumpt⁹ est. Sī etiā qui scribit Sergij uirtute & sanctitate Saxones tum primū fidei nostræ characterē sumptuose. His tot reb⁹ uir sanctissimus insignis, p̄tificatus sui anno. XIII. mēſe octauo, die. III. & XX. moritur, & in basilica Petri collachrymatibus oībus præ dolore ob amissum p̄tificem, communem omnium parentē magno funere sepelitur, VI. idus Septēbris. Vacat tum sedes mēsem unum, diebus uiginti.

Lambertus
episcopus.

LXXXVII
pontif.

IOHANNES. VI.

Iohannes sextus, natione græcus, eo tempore pontificatum inīt, quo Theophylacus hexarchus Italiam petens, primo in Siciliam uenit. Quod ubi sensere milites Itali, uerit ne quid malū ciuius aduentus portenderet, q̄ superioribus temporib⁹ fe re magis cum p̄tificibus q̄ cum imperatoribus sensissent, ingressus urbē Romā interficere constituerat. Ver⁹ Theophylacius autoritate Iohannis pontificis defensus, qui se questrum se inter ducem & milites fecerat, compositis rebus omib⁹ Rauennam proficiscitur. Intercea uero Gisulphus beneuentanus dux militum & hexarchi discordia frētus, Campaniam inuadit, Soram & Arpinum occupat, uillas incendit, rusticos & pecora abigit; quibus malis permotus pontifex, legatos ad Gisulphum mittit, qui ei mandet ut omisſis Campaniæ & Hernicorum oppidi, in Sammum reuertatur; q̄ si secus fecerit, breui sensurum omnipotentis dei in se iram. His monitis perterritus Gisulphus op̄ida quæ cepat restituens, Beneuentū reuertit. Captiuos aut̄ oēs quoad per aeariū ecclesiæ sibi liciuit Iohannes redemit ex toto Sāmio cōquitos. At Iustinianus (quē dixim⁹) à Tiberio in Cheroneum ponti relegatum, inde fugiens ad Cacanni Bauaz peruenit, à quo primo ita perbenigne susceptus est, ut ei filiam in uxorē spōndere rit; uero postea pecunia & muneribus à Tiberio corrupt⁹, hospitē & genez ei prodere instituerat. Hoc ubi Iustinianus intellexisset, ad Trebellium Bulgarorū regē configit, à quo etiam nō ita multo p̄st ui & armis in imperiū restituit. At uero dū hæc in Europa agerent, Saraceni occūpata Libya & Aphrica ex Septa soluētes transmissō Atlantico freto, omnes Hispanias præter Astures & Cātabros occupāt. H̄i enī scutiū ultimi fuerū in Hispania, quos Romanū subigeret imperiū, ultimi quoq̄ qui ab eo desiderēt, soli postremo, q̄ Vesogothos & se discuterēt iugis, ita nunc demū accepta Christi fide & religiōe armis se a perfida Saracenoꝝ gente constantissime tutati sunt. Aphrica iugis q̄ Bellisario prīmi Iusti-

Cacanum.

Saraceni occū
pata Libya et
Aphrica Hi-
spaniæ occū-
pant.

niani duce recuperata cētū & septuaginta annis Romano paruit imperio, à Saracenis unā cī Baetica Hispaniæ (quā nūc Granatā uocat) tñi occupata, eōr morib⁹ & legib⁹ iā septingentis & quadraginta annis obt̄perat, cī maxima christiani nominis ignominia; Et si Hispani qui iactare ingenitū & fortitudinem solēt, nequeant tantā labem ab Europa propellere. Sunt qui scribant Bedā qui eisdē temporibus fuit, hanc calamitatē literis ad principes christiani nominis scrip̄is lamentatum fuisse, quo bellum in hostes dei atq̄ hominum suscipierent. Beda enim præter græca atq̄ latīna lingua doctrinā, quā non mediocriter tenebat, ob religionē etiā atq̄ modestiā uenerabilis cognomē adeptus est. Scripsit em̄ multa in actus apostoloz, in Lucā. Edidit & librū de tēporib⁹, & homi lis plerasq; quibus multū Galliū sacerdotes utuntur. Strabo quoq̄ & Haymo uiri doctissimi Beda fratres sunt habiti: quorum alter plerasq; homilias eleganti sermone cōpositus: alter uero geneſim commentarius est. At Iohannes p̄t̄fex restituta basilica sancti Andree in uaticano, farctoq̄ recto diui Marci, atq̄ ornato altari principis apostolorum Petri, dūctis columnis dextra lauāq; moritur p̄tificatus sui anno. III. mēſe. III. martyrio ut quidam uolunt. Sed à quo martyrium paſlus sit, non sat is constat. Sepultum ad catechumbas Sebastianas uia Appia quidam affirmant. Eius ex morte uacat tum sedes mensem unum, dies unde uiginti.

Beda uenera-
biles.

Strabo &
Haymo Be-
de fratres.

LXXXVIII
pontif.

IOHANNES. VII.

Iohannes septimus, natione græcus, patre Platone, eo tēpore pontificatum inīt, q̄ Iustinianus Conſtantinopolim reuerſus, Tiberium & Leontium à quo fuerat īmperio deiectus, spectante populo interfici iussit. Multos præterea ex inimicis ē medio fultulit uario genere mortis, plerosq; in carcerem coniecit: quorum de numero quo eidē aliquem supplicio afficiebat, cum nares emungēdo illatae iniuriae reminiscebatur. Præterea uero Gallinicum patriarcham Conſtantinopolitanum confosum oculos, Romanum exultatum misit; Cyrūmq; abbatem, cuius munificentia in Ponto uixerat in locum Gallinici patriarcham sufficit. Eadem uero stultitia uexatus, qua fuerat ante amissum imperium, Sergio pontifice duos metropolitanos Romanos misit, qui Iohannem adhortarentur, ut habita synodo qua de homosuō crederent orientales, eadem uera etiā occidentales affirment, p̄t̄fis libellis, in quibus ei subſcribendum erat. Homines autem re infecta ad imperatorem pontifex remisit, neq; tamē (ut par erat) errores male de eo opinantium emendauit, censuris & interdictis, quemadmodum Conſtantine p̄tificem decūſſet. Sunt qui scribant (sine autore tamen) Arithpertum Longobardorum regem religione motum, condonasse alpes coetias beato Petro: & quicquid a Taurinis & Medullis Genuam usq; Ligūticamq; protendit. Alij autem affirment donationem ipsam ab Arithpero confirmatam fuisse. Verum cum de donatione nil certi habeatur, paleamq; pontificiū iuriis periti appellant, quod sine frumento sit, nihilq; Conſtantinianæ elegantiae ac dignitatis habeat, quomodo de confirmatione constabit? Ad Iohannē pontificem redeo, uirum certe multæ eloquentia & sanctitatis, qui in basilica Petri oratoriū (ita em̄ appellant locum orādi) in honorem dei genitricis extruxit, cui' parietes uermiculato opere intecti, dextra lauāq; quorundam sanctorum patrum uultus ostendebant. Basilicam præterea sanctæ Eugeniacē restituit, iampridē ueritate collapsam. Coemiteria quoq; sanctorum martyrum Marcellini, Marci, Damasiq; pontificis exornauit. Postremo uero multas basilicas pictura & statuī sanctorum cultiores reddidit. Has aut̄ qui cernebant, ipsum pontificem intueri uidebantur, unde exemplaria grauitatis & dignitatis pictores ac statuariū sumperant. Moritur autem Iohannes secundo pontificat⁹ sui anno, mēſe septimo, die XVII. sepeliturq; in basilica Petri ante altare dei genitricis, quod ipse extruxerat, quintodecimo calendaris nouembris. Eius autem in morte tribus mensibus sedes uacat.

LXXXIX.
pontif.

SINIVS. .I.

Sisinus, uel (ut ali⁹ uolunt) Sosim⁹, natione Syrus, p̄f Iohane. XX. tñi dieb⁹ in p̄tificatu uixit, quo qđ tēpē ferūt sancti Bñdicī corp⁹ ē mōte Cassino furto sublatū

propter solitudinem loci, & in Galliam translatum fuisse. Sosimus autem licet podagra & chiragra ita laboraret, ut neq; ambulare, neq; cibum capere posset, tamē ita urbis Romae & reipu. christiana curam gessit, ut mil. prætermiserit, & ante pōtificatum & in ipso magistratu, quod bonum pōtificem deceret. Iam enim materiam omnē parabat, qua et moenia urbis & templa uetusitate collapsa in meliorem formam restitueret, celebratio- rāq; redderet. Verum subita morte corruptus, in basilica Petri sepelitur octauo idus no- uembris. Vacatum sedes mensem unum, & dies decē & octo.

LXXXXX.
pontif.

CONSTANTINVS. .I.

Iustinianus im-
perator.

Constantinus natione Syrus, patre Iohanne, eo tempore pōtificatum iniit, quo Romæ triennio fame laboratum est: qua quidem in re ita omnes tum, uel maxime pauperes iuuit, ut Constantiūnū cælitus missum homines arbitrarentur. Interea uero Iustinianus odio pontificij nominis Mauritium patricij ordinis uirum, & Heliam Spatarium in Chersonesum ubi exulauerat cum clausē mittit, qui omnes puber tatem supergredios occiderent. Fecero mandata p̄fecti classis, ut rabiem imperatoris explorerent. Et ne in homine solam crudelitatem fuisse existimes, tanta ingratitudinis fuit, ut Trebellium regem, cuius ope ē copijs in imperium restitutus fuerat, cum Thracib⁹ contendente de improviso hostili manu adortus sit; quem certe Trebellius non modo sustinuit, uerum etiam cum detramento repulit. De pristina uita ob calamitates quas per pessus fuerat Iustinianus nil immutauerat, præter hoc tantum, quod sedē apostolica cōtra arctantea confueuerat, ueneratione deinceps obseruauit tutusq; est. Nam cum Felix archiepiscopus Rauennas ordinis a Romano pōtifice accepisset, cogereturq; de mo re formulam obtemperandi scripto, & pecunia Romam mittere, neḡ id præ arrogantia faceret. Iustinianus re cognita Theodorum patricium classis p̄fectum statim admonet, ut primo quoq; tempore ex Sicilia in Rauennates moueat. Is autem dicto imperato ris obtemperā, & Rauennates prælio superatos, maximis affecit cladibus, et Felicem ca tenis uincit Constantinopolim misit, quem postea Iustinianus in Pontum relegauit, orbatum prius luminibus æno uase concauo, ac quidem cadente diu inspeccio. Inde eīn pyramis ignea exit, qua facillime oculorum aciem perstringit & obcæcat. Nequaquam tamen hanc fæ uitiam Constantinus probauit: redigere enim hominem ad sanitatem uolebat, non tantis malis affici. Interea uero cum haec a pōtifice & imperatore agerentur, Aisprandus regnum autum repetens, auxilio Bauarorum fretus, in Italiam descendens collatis signis cum Arithperto dimicat & uincit; regnoq; Longobardorū potitur, Arith perto ipso dum trepidē nimium aufugit, in rapido flumine submerso. Verum Aisprādus non ita multo post moriens, Liutprandum filium regni succesorem approbarib⁹ omnibus reliquit. Iustinianus autem uidendi Constantini pōtificis admodum studiosus, hominem rogat, ut ad se proficiatur, præmissa classe quo tutius nauigaret. Appro pinquanti autem urbi regia Constantino Tiberi⁹ Iustiniani filius cum regio comitatu, & Cyrus patriarcha cum omni clero honoris causa ad octauum lapidem obuiā prodeunt, eumq; camelanto pontificali amictu indutum, solenni pompa urbem ingressi in regiam perduxerat. Inde uero Nicomediam proficiens, quo uenturus & imperator Nicœa erat, non secus quam Constantinopoli a Nicomedienibus suscipitur. Iustinianus autem nō ita multo post urbem ingressus, nō solum pōtificem amplectitur, uerum etiam eius pedes uenerationis causa exosculatur. Cum uero sequentibus diebus multa inter se colloctui fuisserint, cōfirmassetq; Iustinianus pōtificum decreta, Constantinus abiēs hominem adhortatur, ne in Philippicum Cherson exulantem grauius aliquid decerneret, ue ritus ne aliquid mali oriretur, q; Philippicum magni animi esse & cōsilij uirum intelle xerat. Verum Iustinianus cōsilio pōtificis bene monentis nequaquam obtemperā, clas sem in Pontum mittit eo animo ut Philippicum interficeret: qui quidem deficitibus ad se militibus, eadem classe usus duodecimo ab urbe Constantinopoli miliario, cum Iustiniano & Tiberio dimicans, eos uincit & interficit, imperioq; statim oīm cōsenus potitur. Deinde uero Cyro patriarcha in Pontū relegato, q; bene cum pontifice Romano

Cyrus patri-
archa.
Camelantum:

sentiret, in eius locum Iohannem monachum hæreticam sufficit. Cuius quidem dogmata statim Romā misit, mandauitq; ut omnium consensu approbarent. At Constantinus habita synodo, non modo Philippici & Iohannis monachī opinōes improbat, ue rumetia decernit ut sanctorum patrī imagines, qui sex concilijs ab omnibus probatis interfuerant, in porticu beatī Petri depingerent, cum intellectis eas à Philippico ē pa rietibus sancta Sophia ignominia causa abrasas fuisse. Præterea uero idem pontifex cōstituit, ne imperatoris hæretici nomē publicis scriptis, aut priuatis in ære, argento, plūbo, ue recipere. At Anatasius cognomē Arthemiū sumptis armis Philippicū imperio deiecit, anno. I. & mense imperij. VI, eumq; captiū oculis priuauit, Literas præterea ad Constantiū pōtificem mittit, quibus se catholica fidei ac sexta synodi acerrimi defensorem futurū pollicet. Verum hic quoq; triennio post à militibus spretus imperio deiicitur, cogitq; à Theodosio, qui in eius locū suffectus est, sacros ordines recipie, ne ei sacrī initiatu amplius redire ad imperii liceat. Theodosius aut̄ catholicus imperator statim imagines sanctorū patrī (ut diximus) à Philippico demolitas restituit in loco mandauit. Felix uero (quē diximus) in Pontum à Iustiniano relegati, à pristina hæreti discedens in patriā reuertit, ac sedem unde pulsus fuerat reperit. Declaratum est etiā cōdem tpe Ticinensem episcopum Romanæ sedi tñ non, etiam Mediolanensi archiepisco po obtpare debere. Ea em̄ de re magna & diuina inter utrumq; antisitem contentio fuerat. Sunt qui scribunt duos reges Saxonū hoc eadē tēpore Romam uoti & religio nis causa uenientes, mortuosq; ibidē eē peste, ut arbitrari. Post hos uero nō ita multo post moriſ Constantinus. VII, pontificatus sui anno, die, XX, ac in basilica Petri sepelit. III, idus Februario. Sedes autem huius in morte mensem, I. & dies, XL tum uacat.

GREGORIUS. .I.

LXXXVI.
pontif.

Gregorius secundus patria Romanus, patre Marcello, sub Sergio pontifice fa cris initiatu, facillis & bibliotheca p̄fuit, tantæ fidei & integratatis est habi tus. Sumēs deinde diaconatus ordinem, Constantinopolim cum Constantino pontifice proficisciuit; ubi cum acriter discepitare quibusdam de rebus ad fidem pertinētibus, ita acute respondit, ut omnibus ingenij sui & doctrinæ admirationē inīceret, tanta enim eruditio & facundia erat, ut facile conuinceret male de fide nostra opinat̄es. Initio autem pontificatu, & moenia urbis aliquā ex parte uetusate collapsa instaurat, & trabes basilicæ principis apostolorū Laurētūq; martyris extra muros annositate qualias restituit, resarcit̄ tectis ac parietibus, introductisq; de more aquis, cōpaginatis fistulis iamdudum uetusate & hominum incuria uitiatis. A liis quoq; ecclesiās restituit, munib⁹ tum aureis, tum argenteis exornauit; quas quidem enumerare longum esset. Non reticebo tamen restitutum esse ab eo monasterium uia hostiensi positum non lōge à basilica Pauli, cuius ruinas adhuc ceñimus. Restitutumq; etiam monasteriū beati Andree quod Barbaræ nūscipatur, ibi q; dispositos monachos, qui die ac noctu laudes deo canerent. Huius præterea hac pecularis laus est, quod eius opera Germani ad fidē nostrā conuersi sunt, misso eō Bonifacio monacho, qui eos ē tenebris educeret, proposita ueritatis luce. Ipsorum aut̄ Germanorum magnam p̄tem Romanū uenientem suis manib⁹ uir sanctus baptizauit. Impulit item sua autoritate Liuthprandum primo quidem recusantem Arithpertī donationē (de qua antea diximus) confirmare; qui quidē Liuthprandus principio regni sui & Baouaria magnam partem occupat, & Rauennam ob siderat ac capit. Eiusdem temporibus Tiberis adeo in immensum crevit, urbem porta flamminea influens, ut & in uia lata homini magnitudinē aqua fere exquaret, & à ponte mil uio usq; ad gradus sancti Petri nauigaretur lintribus non paruis. Durauit autem hæc iliuīes diebus septem cum maximo ciuiū damno & derimento, eueris domibus ac eritis arboribus fatisq;. Luna quoq; eclipsim tum paſta, usq; ad mediam noctem colorē san guineum præ se tulit. Dedit & signa futuri mali cometes, extēa ad septentrionē cauda. Gregorius autem quo summi dei iram a ceruicibus Christianorum auerteret, frequētes supplicatiōes urbe tota facit. Dum hæc Romā à pontifice agerent, nunciatiū est Lon

Germani ad fi-
de conuersi.

Imagines san-
ctorum patrī
depincti in pa-
rietibus.
Imperator hæ-
reticus.

Ticinensis epi-
scopus Medio-
lanensi obti-
mēt decretū.

LXXXVII.
pontif.

Germani ad fi-
de conuersi.

gobardos Beneuentano duce arcē Cumānā insidijs occupasse; qua ex re Gregorius ue
hemēter cōmotus, Longobardos admonet, ut arcē p̄ter fœderā pacis fraude occupatam
reddant, aliter eos breui indignationē omnipotentis dei senfuros. uertū cum hostes s̄pī
us moniti res repetitas non redderent, Neapolitanis pontifex adhortat proposito p̄
mio, p̄mēfissisq; etiam quibusdam militibus Romanis, ut arcem uī occupent. Hi uero
mandata strenue facientes, Theoduno subdiacono hanc rē curāte arce recipiunt, caēsisq;
trecentis ex his quae ī p̄fādīo erant, ad quingentos capiūt, ac Neapolim perdu
cūt, ubi statim militibus p̄mēa redditā sunt. Pace itaq; fortis parta, Gregorius reparan
dis locis sacris animū adiūct, Basiliacā nāc sanctæ crucis in Hierusalēm iampridē desti
tutā restituit, porticus cīrtiquaq; positas instaurat fornicibus & tecis. Oratoriū Ofan
nā in monte Gælio à fundementis extruxit. Domum paternam mortua matre in hono
rem Agathā Chrīstī martyris dedicauit, eoq; loci monasterium extruxit, additis subur
banis & rusticis prādīs ad monachorūz usum & commoditatē. Saracē autē discordia
Chrīstianorum freti, ex Septa Aphrica in Hispaniā traiacentes, prouinciam omnem p̄
ter Bæticā à suis iam antea posseſſam depopulantes, ad Aquitaniam usq; cū coniugī
bus & liberis puenere, eam quoq; prouinciam occupaturi. Erat tum Carolus Martellus
Pipini regis filius magno apud omnes in pretio. Duos em̄ filios Pipinus tū habuit, mor
tuο Grimoaldo, Carolomannū & Carolū Martellum, qui postea solus hoc quoq; mor
tuο regnū Franciā obtinuit, multis tū aduerfantibus; maxime uero Eudone Aquitanie
duce, & Chilperico rege, quem Franci quidam post Theodoricū amulatione moti re
gē constituerant. Verū Carolus Martellus transīfīso Sequana flūuiō in Aurelianōs mo
uens, uno impetu hostes fundit fugatq; ac regno Franciā solus potitur. Rhenum deinceps
de traiaciens, Saxones, Alemanno, Suevos, Bauaros regno suo adiūct. Verū cū intel
lexisset Saracenos ab Eudone in Galliā euocatos, magnis itineribus ī hōstēm profici
scitur; pugnandiq; potestatē facit, & uincit non longe à Turonum finibus. In eo autē p̄
lio scribunt historici ad trecenta & LX milia Saracenorū cecidisse; ex Francis uero mil
le tantummodo centum & quinquaginta desideratos. Sunt tamen qui scribant, Eudonē
tanto pericolo motum, postremo cum Carolo senſisse. Hac itaq; ratione Saracenī be
neſſio Caroli à ceruībus Hispanorum & Gallorum pulsi, rabiem omnem & indi
gnationem ex tanta clade conceptam in Constantinopolitanos uertere; urbem enim ter
ra marīcī triennio obſident. Verū cū fame, frigore, peste, bello, postremo magna incō
moda paterentur, obſidēnē ſoluentes, ad ſua quicq; redire: Ex Constantinopolitanis
autem ad trecenta milia eadem peste consumpta traduntur. In Italia uero Longobardā
duce Liuthprādo Rauennam diu obſefſam tandem capiunt & diripiunt; inde Ticinum,
auferentes quicquid praclarum in urbe erat, unde crediderint tum equū illum æneum
uero iſſidente, Papiā aduectū, quē accolā Regis ſolem uocant. Sed ita fit, in rebus hu
manis uicissitudiō est. Quod enim Theodoricus aliq; reges Gothog, atq; deinceps hex
archi Rauennates Roma Rauennam detulerāt, id poſtea in uaria loca diſiectum eſt. In
terim uero Romā à quibusdam ſeditiōis in pontificem coniuratur, principibus coniu
rationis Bafilio, Jordane carthilario, Iohanne subdiacono cognomento Lurion, Marino
ſpathario, qui ducatū Romano imperatoris nomine tum p̄erat. Verū dilata in aliud tē
pus res eſt, quod Marinū imperator reuocauerat. Tentare & Paulum hexachrum coiu
rati coepere, quo quidem duce in tāta re uti uolebant. Sed Romanus populus re ipſa tā
dem patefacta arma capit, Iohannem & Lurionem interficit, reliquosq; coniuratos diſ
cipit. Bafiliū monaſterio includit; ubi & uitam finiuit. Paulus autem uehementer pon
tifici infensus, quod ab eo prohiberet, quo minus noua uectigalī exigeret, clam & aper
te mandato imperatoris uiri sanctissimi mortem querere, sed Romani & Longobardī
ſump̄is armis, quo minus id fieri prohibuere. Tū uero Leo tertius impator, cum apte
inuicti in pontificem nō posset, edictum proponit, ut omnes qui sub imperio Romano
eſſent, ſanctorum omnium, martyru & angelorum ſtatua, atq; imagines ē templis ab
raderent & auferrent, tollendā (ut ipſe dicebat) idololatriā cauſa: qui uero fecerūſeſſe

cifſet, eum se pro hoste publico habiturum. Gregorius autem tantæ impietati nō modo
non obtemperat, uerum etiam omnes catholicos admonet, ne in tantum errorem timore
uel edicto principis ullo modo dilabantur. Qua cohortatione adeo certe animati sunt
Italæ populi, ut paulum abſuerit quin ſibi alium imperatorem deligerent. Quo minus
autem id fieret, autoritate ſua obſtare. Gregorius annixus eſt. Rauēna tamen tanta ſedi
tio orta eſt, cum alij imperatori, alij pontifici obtemperandum dicerēt, ut in ipſo tumul
tu Paulus hexachrus cum filio occidetur. Mittis deinde ab imperatore Eutichius eu
nuchus, qui pollicitationibus & donis Longobardos à benevolentia & ſocietate Roma
ni pontificis separaret. Verum cum id fruſtra quereretur, rem toties tentatam ad tem
pus omisit, unde pontifex tanta moleſtia liberatus, loca pauperum & basilicas inuifere
coepit, eaq; restituere qua ob uetus ſtatem & incuriam, ruinam minabantur. Pacem p̄
terea inter regem Longobardorum & duces Spoletinum ac Beneuentanum compofu
it. Hos enim rex ipſe opprimeſſe inſtituerat, cuius animū adeo pontifex ad manuſuetu
dinem redegit, interpoſita ſaluatoris noſtri autoritate, ut omiſſo bello, armillas, balthe
um, enſem, ac reliqua arma templo apoftolorum offerret; cum exercitu enim
uſq; ad uaticanum peruenerat, pacato tamen agmine, hac de re cum p̄tifice locuturus.
Leo autem, imperator phantaco ſpiritu iterū incitatus omnibus mandat, ut ſimulacra,
uel lignea uel aenea uel marmorea ad ſe deferant, & delata ſtātim incidunt, non deferen
tes uero capit & obtruncat. Germanus patriarcha id potiſſimum improbante, in ex
lium mittit, in cuiusq; locum Anastasium male ſentientem ſufficit, quem poſtea Gregorius
synodo habita priuauit, & ab officio diuino ſemouit, niſi ad catholicam fidem reu
erteretur. ſæpius p̄terea, ut ſanctissimum uirum decuit, literis imperatorem admonu
it, ut omiſſis quorundam improborationibus erroribus, ueram tādem amplectetur fidem;
& aboleſſe ſanctorum imágines defineret, quorū memoria & exemplari ad uirtutem
& imitationem excitarent homines. Sunt qui ſcribant Bonifacium huius pontificis tē
pore ē Britānia Romā uenisse, & ex monacho ob eius ſanctitatem epifcopum factum,
ac in Germaniam ad confirmando predicatione & exēplo Germanos in fide miſsum,
quod quidem ita egregie fecit, ut Magifitūn epifcopus creāri meruit; in Aphricam de
inde profiſſens, cum uerbū dei elegantiſſime predicaret, ab hoſtibus Chrīſtiani no
minis occiditur. Ferū & ſanctū Aegidium natione Græcum, exemplo & miraculis
inſignem tum habitum fuīſſe, & Petronium ciuem Romanum ex uoto basilicam beati
Benedicti prop̄e derelictam ſua impēſa reſtituīſe. At Gregorius qui ſuo exemplō oēs
ad uirtutem & ſanctitatem incitabat, pontificatus ſui anno ſextodecimo, mēſe nono, die
undecimo moritur; ſepelitūſq; ad basilicā Petri tertio idū Februario, eius in morte epi
ſcopatus tum uacat dies quinque & XXX. Centum autem & VIII. ac XL, epifcopos toto
ſuo pontificatu creasſe dicitur.

Gregorius tertius, natione Syrus, patre Iohanne, anno domini ſeptingētēſimo
quinquagesimono omnium confenſu pontificatum inīt. Fuit autem uir ſin
gularis doctrinæ, & huiuſitatis p̄cipua, Græca atq; latīna lingua eruditus.
Mentem diuinā ſcripturā ita callens, ut nemo tum diſertor predicatione atq; interpre
tatione rerum occultarum & admirabilium habetur. Præterea uero, ne uero tātum
& cohortatione populos mouiffe arbitriteris, omnia quae exemplo mouere poſſunt, ita af
fidue obibat, ut iudicare difficile ſit, promptior ne lingua quā opere habendus eſſet. Or
thodoxa fidei ita acerrimus defensor fuit, ut ob eam rem maximorum principum gra
ues ſimultates & inimicitias uſcepit, nō armis, non potentia, non minis cuiuspiam ē
gradu conſtantia ſue deiectus. Tantū poſtremo humanitatis ſuit, ut & pauperes mira
charitate complectetur, ac eleemosynis ſoueret, captiuos redimeret, & alieno nexos
ſolueret, uīduas & pupilos, quo minus à potentibus circumuenirentur, tutaretur adeo,
ut ferē omnium parens ac pastor merito uocaretur. Hic ſtatim ubi pontificatu inīt, cle
ti Romani conſensu Leonem tertium imperatorem Constantinopolitanum imperio ſi

Leo tertius imperator à Gregorio & imperio & communione fidei priuatur.

mul & communione fidelium priuat, quod sanctas imagines è sacris ædibus abrasisset, et statuas demolitus esset, quodq; etiam de hominio male sentiret. Interim uero cū Liuthprandus Longobardorum rex cupiditate imperandi motus, urbem Romam ob siderer, captis circunquaq; oppidis omnibus, Gregorius legatos naui, quia terrestri itinere non licebat, ad Carolum Francie principem statim mittit, qui hominem rogarent, ut primo quoq; tempore laboranti Romæ & ecclesiæ auxilium ferret. Consueuerant autem pōtifices Romani si quid malis ab externo hoste imminentibus, auxilia ab imperatore Constanti nopolitano petere. Quod facere Gregorius substitit, cum ob easdem causas quas paulo ante commemorauit, tum uel maxime quod urbem regiam a greco Leo à Saracenis tutare tur, ne dum alios defendere. His itaq; rationibus accidit, ut tūc primum tutela ecclesiæ ab imperatoriis Constanti nopolitanis ad alios translata sit. Carolus autē rogatu Gregorii patrocinium ecclesiæ suscipiens, Liuthprandum regem amicum & comparat roget urbem ne ob sidet, ac pōtificem uxerit, hac re nil sibi fieri molestius quicquid, aut gruius posse. Obtemperat Carolo Liuthpradū, atq; urbem ob fidione soluit. Nam initio iā antea inter se feedere, Carolus Pipinum filium in Cisalpinam Galliā ad Liuthprandum miserat, ut ei capillum de more sacrorum succideret, unde compatriotes more Christiano inuicem facti sunt, quod est quoddam affinitatis uinculum. Remiserat puerum ad parentes Liuthpradū multis ac maximis donatibus munieribus. At Carolus pacatis Italæ rebus in Burgundiones uersus, eos uicem, & p̄rmodetia socios appellat: Phryxones idololatras opprimit, Lugdunū, Arelate, Massiliā de Vesogothis occupat, qui Athimū Saracenorum regē in auxiliis uocant. Is itaq; cum magno exercitu Rhodanum trājicēns, Auenionē ui capit opportunitate loci pro arce usurp. At Carolus re cognita eo pro pere cum exercitu mouet, & Auenionem recuperat, interficit Saracenis omnibus, qui in praefidio erant. Inde Narbonē proficiscitur, quo aufigisse Athimū cognouerat. Ab obfida NARBONĒ discedens, quod Amoreum alterum ex Saracenis Hispaniæ regem uenire in auxilium Athimū cum magno exercitu intellexerat, haud procul inde in uallē Corbariā descendit: ubi inerat planities ad dimicandum aptissima. Amoreus aut̄ arbitratus Carolum desperatione rerum in fugam uersum in uallē ingreditur, statimq; pugnandi copiam facit. Non detracit certamen Carolus, licet hostium numerus prope infinitus esset. Tandem uero ubi acriter aliquandiu utringa pugnatum esset, cadente autem in primis aciebus Amoreo, funduntur hostes fugāturq;: quorum pars magna in proximis paludibus & stagnis, quō confugerant opprefsa est. Athimū uero forte fortuna nauigium nactus, inde in Hispaniam ulteriore fugiens, omnes insulas quas adiit, de speratione rerum ferro a flamma uafat. Eodem ferme tempore beati Augustini corpus, quod antea ducetis & quinquaginta annis ab Hippone in Sardiniam translatum fuerat, cum Vuandalī prædabundi Aphricam uastarent, diligenter Liuthprandū ex insula ipsa Papiam delatum est, & egregio in loco reconditum. At Saraceni his cladibus domiti, intra Pyrenæum se deinceps continent, unde Vegosotthi omnes qui citeriorē Hispaniam & partem Galliæ occupauerant, auxilio carentes, in potestatem Caroli deuenere, atq; ita Gothi, qui trecentis prope annis imperauerant, funditus deleti sunt præter paucos, quos Barchinonenses ab interitū liberarunt. Sunt qui scribant Liuthprandū copias auxiliares in tanto bello Carolo misisse, atq; ita rebus bene gestis suos omnes ostos præda domum rediisse. Interim uero Gregorius pontifex nequam otio & pace abutens, ad exornandas ecclesiæ animū adiicit. Nam & altare beati Petri sex columnis onychinis augustius reddidit, dextra ac laeva positis apud Philopareas uetustate fere communatas. Stabant in his columnis trabes argento delibera. In trabibus uero æquis spatijs salvatoris & apostolorum simulacra distinxit. Struxit & oratorium in eadem basilica, in quo de reliquijs fere sanctorum omnium recondidit, celebrariq; eo loci quotidie mandauit, atq; in canone celebritatis hæc uerba addidit, marmoribus circumquaq; positis insculpta. Quorum solennitas in cōspectu tuæ maiestatis celebratur domine deus noster toto in orbe terrarum & cætera, Quibus uerbis nunc sacerdotes in secre-

Agustini corpus Papiæ de latum est.

ris non utuntur. Præterea uero huic basilicæ multa argentea uasa condonauit: tuis quoq; iuſſu & impensa aurea dei genitricis imago saluatorē amplectens extracta est, & in basilica sanctæ Mariæ ad Præsepe collocata. Restituit etiam tectum sancti Chrysogoni, eoq; in loco monachos collocauit, qui rem sacram quotidie celebrarent. His addidit & fundos unde uiueret. Monasteria quoq; multa partim restituit, partim uero a fundamētis extruxit, addita regula qua monachi integræ & sancte uiuerent. Instaurauit & mœnia urbis, magna ex parte uetustate collapsa, idem etiam Centumcellis fecit iam prope desertis propter collapsa moenia. Instituit præterea, ut fere sine interuallo & a presbyteris hebdomadarijs & a monachis in ecclesia sancti Petri diuina officia celebrarentur: unde appareat & monachorum & presbyterorum secularium domicilia multis in locis cōtingua fuisse, qui æmulatoriæ moti, deo quādiligè tētissime seruiebāt. Gregorius uero bñ deo & hominibus meritus, anno pontificatus sui decimo, mēse octauo, die. IIII. &. XX. morit, ac in basilica Petri sepelitur quarto calendaris decembris, collachrymantibus omni bus tanq; communi parente orbatis. Sedes autem dies octo tantummodo tum uacat.

Z A C H A R I A S . I.

 Acharias natione Grecus, ex patre Polycramio, inter optimos pontifices annū numeratur. Fuit enim uir mitissimi ingenij, mira suauitatis & gratia, omni uitio p̄raditus, cleri ac populi Romaní amatör: ad iram tardus, ad miseri cordiam & clementiam promptissimus, nulli malum pro malo reddens, sed ad imitationem salvatoris malum in bono uincens: & adeo quidem, ut quos habuerat & mulos & inimicos, eosde postea initio pōtificatus honoribus & p̄miis affecerit. Cū autem initio pontificatus sui ardenter bellis Italianis offendisset, legatos de pace cōponerat statim ad Liuthprandum Longobardorum regem misit persequenter bello Transmundum Spoletinum ducem. Verum cum a legatis ea de re nil fieret, ipse comitate clero Romano in Sabino proficiscitur. Ferunt aut̄ octauo militario à Narnia regem pōtifici honoris causa obuiam factum ex equo descendisse, ac pedibus uirum sanctissimum in urbem comitatum fuisse. Qui sequenti die inter missarum solemnia orationem publice habuit, & quidem eleganter, qua ostendit, quid maxime regem Christianū deceret, siue pacem, siue bella gerat. Hac oratione ita permotum regem ferunt, ut statim arbitriū omne componendam pacis ei commiserit. Iam uero Transmundum ducatu Spoleto rex priuauerat, in eiusq; locum Agrandum nepotem suum sufficerat. Accipitur tandem in gratia Transmundus rogatu pōtificis: & ex duce in clericatum assumitur. Rediuntur item Romanis oppida sua ex Sabino capta: redditur Narnia & Ancona ex Picē tibus: & quicquid à Longobardis trīginta iamannis in Hertria occupati fuerat. Rediuntur & captiui omnes eo bello capti. Mirū etiam humanitate pontifex usus est: adhibito enim rege in coniuīū, nullū genus comitatis & gratia p̄termisit. Inde uero rex pacato agmine abiens, non ita multo post morit, anno regnisi trigesimo secundo. Fuit aut̄ uir tanto regno dignus; quippe qui sapientia, prudentia, consilio plurimū ualebat, ac ita manu promptus erat, ut nemo ueteranus eo pugnator habereb̄. Iustitia autem & clemētia ita insignis habebatur, ut difficile iudicare utra in re maiorem laudem mereatur. Huic autem in regno Aldeprandus nepos succedit: quo quidem post mentes sex defuncto, Rachis dux omnium suffragijs rex decernitur, uir certe omni laude dignus, si uitam eius, si mores, si animi integritatem inspicis. Redintegratum quoq; fœdus cum hoc rege à pontifice est missis legatis, quibus omnia ex animi sententia rex ipse pius & religionis amatör benignissime concessit. Post quartum uero regni sui annum rex diuino numine tactus, spredo regno uitæ monasticā amplectitur: uxorem & filios, ut idem ipsi facerent, adhortatus. Huius quidem frater Aistul plus regnum occupat, qui ob astutiam ingenij & ferocitatem animi omnibus armis intentabat, maxime uero pontifici & Romanis: quorum ditionem sibi uendicare armis conabatur. Inter ea uero Carolus Marcellus graui morbo correptus, suadentibus amicis regna à se armis occupata filii suis dedit. Nam Carolomā maiori natu Austria & Suevia, Pipino uero iuniori Burgundia.

dia & pars Franciae obtigit. Moritur autem Carolus uir animi magni & sapientiae singularis uilla Carissimo apud Isarim flum anno magistratus sui (quem maiorem domus vocant) quinto & trigesimo, sepeliturque Parisiis in basilica Dionysii martyris. Habuit & alium filium Carolus ex prima uxore ortum, quem Gryphonem appellabant; cuius enim nomine etiam mores conueniebant. Rapere enim ex alieno consueuerat, unde & bella fratribus intulit, & Saxones gentem ferocissimam contra eos sollicitauit. Carolus autem & Pipinus hostili manu prouinciam Saxonum ingressi, Theodoricum gemitum principem in dictionem accipiunt. Ab hac autem expeditione digrediens, Carolomannus Romanum uenit; ibique dimissa imperiorum & regni gloria, in montem Cassinatem ad monasterium sancti Benedicti proficisciit; ubi & monachii habitum & mores suscepit. At Pipinus regnandi cupidus, legatos suos ad pontificem mittit, eumque roget, ut regnum Franciae sibi autoritate sua confirmet. Annuit pontifex eius postulatis, accepti beneficii & veteris benevolentiae memor, quae inter pontifices & principes huius familiae intercesserat, atque ita eius autoritate regnum Franciae Pipino adjudicatur, anno domini septingentesimo quinquagesimo tertio; ex maiore namque domus, qui post regem summum erat apud Francos magistratus, reges Franciae deinceps a Pipino secundo eiusque familia originem habuere. Ferunt Carolum, quem diximus, monachi habitum sumptuoso, ex monte Cassino cum alijs monachis ad Zachariam pontificem uenisse; ab eoque precibus obtinuisse, ut eis liceret repetere sancti Benedicti corpus furtim ablatur, quod tunc in floriacensi monasterio regni Franciae collocatum fuerat. Annuit istorum precibus pontifex, & literis Pipinum adhortatur, ut patiatur monachos sancti Benedicti corpus repetrere. Quod quidem rex haud grauata concessit, quia inde furtum ablatum a monachis quibusdam serferat. Zacharias autem pace iam ubiq; parata, multas basilicas ruinam minantes restituuit. Porsecutum quoque & turrim ante basilicam lateranensem a fundamentis erexit; ubi & cancellos & portas aeneas extruxit. In ipso frontispicio porticus orbis terrarum imago descripta erat, sanctorum imagines uerustate exoletas renouauit. Lateranenses aedes auxit & exornauit. Bibliothecam beati Petri restituit. Vegetal præterea unicuique basilicas assignauit, unde oleum pro lampadibus emeretur. Cordonum & uestem altaris beati Petri auro gemmisque distinctam, qua depicta inerat Iesu Christi nativitas. Idem quoque basilicam beati Georgij in uelabro condidit, eoque loci caput ipsius sancti collocauit. Aedificauit & oratorium beate Caeciliae via Tiburtina quanto ab urbe milario. Huic autem basilicæ oratorium quoque addidit in honorem beati Cyri abbatis; addidit & fundos, unde factores uiuerentur. Restituit & tectum Eusebij martyris quod suo tempore corruerat. Constituit item ut bucellarii quotidie elemosynas è lateranensi palatio cuiusvis generis præberent. Venetis præterea inhibuit sub anathematis poena, ne seruos Christi signo notatos Saracenis & gentilibus uenderent, ut mercatores facere consueuerunt. Postremo uero ne literas in tanto rerum fastigio eum prætermisso arbitratus, quatuor libros Gregorij in dialogo è latino in græcum transtulit, ut haberent Graci unde bene uiuendi rationem perdisserent. Cum uero ita sancte & integre populum dei annis decem, mensibus tribus cum maxima omnium benevolentia gubernasset, moritur, ac sepelitur in basilica Petri idibus martij. Eius autem ex morte episcopatus tum uacat diebus duodecim.

XCIII.pont.

STEPHANVS .II

Stephanus secundus, natione Romanus, patre Constantino, per gradus ecclesiasticos ad pontificatum peruenit, licet defuncto Zacharia. Stephanum quendam prebyterum Romanum pontificem populus statim creasset; qui tertia die pontificatus sui somno excitus, dum res domesticas disponere incipit, morbo apoplexia correptus interiit. Post hunc uero clerici ac populi consensu in templo sanctæ dei genitricis ad Praeceptam Stephanus secundus pontifex creatus; humeris omnium (adeo erat omnibus gratus) in basilicam saluatoris, quæ etiam Constantiniana dicitur, deportatur, atque inde in patriarchatum lateranensem. Erat autem uir singularis religionis & prudentiae; ama-

tor cleri, ecclesiarum restitutor, christiana doctrina diligens prædicator & scriptor, pater pauperum, pupillorum & uiduarum defensor acerrimus, fortissimus & constans in rebus agendis, non tam tam pertinax. Placare enim Aistulphum Romanorum agros & fines bello uexantem, primo quidem uerbis & muneribus conatus est. Nam tributum si bi rex auarissimus penderi uolebat à populo Romano, quotannis singulis aureis in capita collatis; unde pontifex coactus ad externa auxilia confugere, ad Constantinum imperatorem Constantinopolitanum legatos mittit, qui auxilium petant contra Aistulphum totam Italiam uexantem, quicque iam Ravennam hexarchatus sedem & magnam partem Flaminianæ ceperat. Verum cum id frustra ac saepius tentasset, eius rei causa proficiens ad Pipinum regem Franciae instituit. Mittit itaque legatos ad regem qui Aistulpho mandet, ut ei tuto licet iter facere per regnum suum. Postulata concessit Aistulphus Pipini rogaro. Stephano autem iam fines regni Franciae attingent, Carolus Pipini filius, cui postea a rebus gestis Magno cognomètum fuit, ad centesimum lapidem honoris causa fit obuiam. Idem facit & Pipinus tertio ab urbe lapide, qui ex equo descendens & pedes sanctissimi uiri exosculatus est, & a freno equi, quo pontifex uehebatur pedes ipse nūquam discessit, donec hominem in urbem perduceret, & in cubiculo ubi diuersatur erat collocaret. Aistulphus autem ueritus, ne quid mali in se Stephanus moliretur, Carolomannum monachum ad fratrem Pipinum mittit, qui eum adhortaretur ne Stephanii gratia bellum Longobardis inferret, certe non modo monachu non obtemperat, uerum etiam eum in uiueniente monasterium relegat, ubi non multo post doloris animi & cruciatu moritur. Interea uero cum pro anni tempore bellum geri non posset, Pipinus ueteri amicitiae multum tribuens, legatos ad Aistulphum mittit qui hominem adhortentur res repetitas reddere; aliter enim se eas bello & armis breui repetiturum. Non paruit sanis admonitionibus Aistulphus, unde Pipinus apparente iam uere copias in Longobardos mouet, praemissis leuis armaturæ militibus, qui Aistulphi prædia è claustris alpum deturbarent. In planitiem deinde Insubrium descendens, cum longe ac late omnia depulatus esset, nemine obstante, Papiam Longobardorum sedem obsidione cingit & oportugnat, defendente Aistulpho, & qui cum eo in præsidio erant. At Stephanus tot calaminibus hominis pertinacissimi & prouincialium motus, pacem ultra Aistulpho pollicetur, modo ablata restituant. Accepit tandem conditiones pacis Aistulphus, & plura etiam quam quæ pateretur promisit iure iurando interposito. Hanc ob rem Pipinus satisfactum pontifici arbitratus, soluta obsidione in patriam reuertitur, relicto Varreno huiusc pacis arbitrio. Eunt Romam Stephanus & Varrenus, arbitrii Aistulphum promissa breui præstiturum, qui contractis celeriter undique copijs tumultuario magis quam iusto exercitu eos subsecutus, Romam obsidione cingit; ac suburbana omnia uastat & indecedit, maiore prope damno ex hoc latrociniu accepto, quam trecentis fam ante & quatuor ac quadraginta annis ab inclinatione imperij senserint. Rogatus denuo Pipinus a pontifice ut urbi Romæ perfidia & rabie Aistulphi laboranti opem ferret, exercitum quanta maxime celeritate potest comparat. Interim uero Thurci meliores sedes extentes, Alanos primo, mox Colchos, & Armenios; inde minoris Asia populos, postremo Peras & Saracenos uincunt & opprimunt, anno domini septingentesimo quinquagesimo quinto. Sunt qui scribant hos fuisse Scythas, ex his præfertim, quos Alexander Macedonum rex intra Hyperboreos ferreis repagulis clausit, hac metaphorâ usi, quæ gentem indomitam in angulum illum tanque in ergastulum inclusisset. Verum cum post multas illatas iniucem & acceptas clades, de pace inter Saracenos & Thurcos conuenisset, decrevit est, ut Thurci qui in Perse habitabant Saraceni appellarentur; atque ita æquiore animo Saraceni in Asia regnare Thurcos passi sunt: & quæ etiam eos breui accepti ros Mahumetanam superstitionem uidebant, adeo erant eorum ingenia ad malum prona. Pipino autem iam in Italiam cum exercitu descendi, Gregorius Constantini quarti imperatoris protosecretarius fit obuiam, hominem imperatoris nomine admonet,

Papia Longobardorum sedes

Thurci quo nuerunt.

Pholcadus alij
Holcadius.

ne hexarchatum Ravennatem oppressum à Longobardis ad se pertinentē, uel pontifici, uel Romanis dedat, si ei contigerit Longobardos superare, cui Pipinus ita responderet, sc̄ quidem in Italiā ideo uenisse, ut & pontifici & populo Romano rem gratam faceret, consulturūq; eorum commodis quoad eius fieri poterit. Deinde uero Papiam mouēs ita Aistulphum obsidione pressit, ut breui cum coegerit pristinas conditiones pacis accipere. Redditus itaq; Romanis hexarchatus est; quicquid Padum & Apéninum interea cetera Placentinis usq; ad stagna Venetorum: & quicquid intra Isaurum flumen, Apéninum & hadriaticum continetur. Addo etiam quae Aistulph⁹ de Hetruscis & Sabinis ceperat. Pipin⁹ autē qui ad radices alpī tādiū cōfiterat, donec deditio fieret, relicto abba te Pholcaduſ cum parte copiarum, qui Aistulphum in officio cōtineret, non prius alpes transcendit, q̄ intellexit Aistulphum in uenatione apoplexia interierisse, nondum plane ditione facta. Desiderius autem, qui dux Hetruriæ erat, copias Longobardorum statim undiq; contrahit regnum inuasurus. Idem quoq; facit Ragisius Aistulphi frater, quem diximus monachi habitum sumpsiſſe. Hunc autem Longobardi omnes præter eos qui in Hetruria erant secuti sunt. Verum Desiderius multa pontifici & Romanis pollicitus, eos statim in sententiā suam trahit, qui quidem propere legatos ad Ragisii misere, atq; inter hos Pholcadum abbatem, qui homini mandarent, ut ab armis discederet, ac Desiderio obtemperaret. Atq; ita Fauentia & Ferraria postremo pontifici redditio non men hexarchatus cessat, qui centum & septuaginta durauerat annos, à Narsete usq; ad capitām ab Aistulpho Rauēnam. Foris itaq; pace parta atq; aucta, mirum in modum ecclie ditione, Stephanus habita synodo oues suas atq; carum pastores recenset, delinquentes castigat seruata clementia; errantes in uiam rectam deducit, ignaros docet & admonet quid deceat episcopum, quid presbyter: qd deniq; oēs sacris initiatōs, proponit. Lezaniās præterea instituit ad placandam dei irām. Itum est primo sabbato ad sanctam dei genitricem ad Præsepe, secundo ad beatum Petrum in uaticanum, tertio ad sanctum Paulum uia hostiensi. Restituit & basilicas quasdam ab Aistulpho, dum urbem obsideret communitas, non tamē recuperauit sanctorum reliquias, quas idem rex Papiam secum detulerat, ibiq; non indecor in quibusdam basilicis collocauerat. His itaq; artibus Stephanus uir sanctissimus bene deo, de patria, de ciuibus suis, deq; omnibus Christi anis meritus, pontificatus sui anno quinto, mense primo moritur, ac sepelitur in basilica Petri collachrymantibus omnibus, tanq; communī parente orbatis sexto calendas Maij. Vacat tum sedes dies duos & triginta.

LXXXXV.
Pontif.

P A V L V S. I.

PAULUS natione Romanus, patre Constantino, Stephani secundi frater, in patria chatu mores & doctrinam ecclesiasticam perdidic̄, sub Gregorio secundo & Zacharia pōtificib⁹, à quo in diaconatus ordinem cum fratre ascitus est; uerum mortuo fratre in ipso pontificatu cum successor quereretur, fuere qui Theophylacum archidiaconum proponerent. Fuere item qui dicenter Paulum ob integritatem uitæ & doctrinam in demortuū fratris locum subrogandum esse. Exploso itaq; post longam cōtentio[n]em Theophylaco, solus bonorum omnium suffragijs Paulus pontifex decernitur Constantini & Leonis temporibus. Erat autem Paulus uir mitissimi ingenii, clementia, & singularis, & adeo saluatoris nostrī imitator, ut nulli unq; malum pro malo redderet, sed contrā malos à quibus perspēe iniuria afficiebatur, in bono uinceret. Hic autem tanq; pietatis & humanitatis fuit, ut noctū cum duobus & eo amplius tribus familiarib⁹ cū būcula pauperum ægrotantium circuiret, unumquenq; eorum & uestib⁹ & eleemosynis ad recuperandam ualeitudinem cohortatus. Carcerem quoq; frequenter adibat, indeq; plerosq; aere alieno nexos, perfoluto creditotibus pretio dimitterebat. Pupillos & uideas circumuentas fraude caudicorum tuabatur, & eleemosynis sustentabat. Idem quoq; cōgregato clero uniuersōq; populo Romano corpus beatæ Petronellæ Petri filiae, una cū sepulchro marmoreo his literis notato, Petronellæ filia dulcissima, ex uia appia in uaticanum derulit canentibus (ut fit) sacerdotibus, populoq; celebritate agente. Atq; corp⁹

ipsum sanctissimum in templo Apollinis ad caput basilicæ patri dedicatae collocauit. Interē uero cum Constantinus imperator sacras imagines ubiq; demolitus, Constantini regiæ urbis episcopum impietati sua resistētem uerberibus necasset, in locumq; demorari Nicetam spadonem sui sacrilegiū consciū suffecisset, pontifex ipse omni ex parte religioni consulens, nuncios Constantinopolim mittit, qui imperatore adhortarentur, ut sacras imagines & statuas restituueret: id si facere recusaret, eidem anathematis censuram minarentur. Sed Constantinus in sacrilegio suo pertinax, & fanas admonitiones cōtempnit, & Sabinum Bulgarorum regem in demoliendi sacris imaginib⁹ eius impietatem imitatum, in gratiam recipit, cum ante bello Bulgarios persecutus fuisset. Ascito deinde Leone filio eius nominis quarto in partem imperij, cui Irene Atheniensis mulierum omnium pulcherrimam in matrimonium collocarat, fœdus cum Saracenis inīt, stomachum orthodoxis christianis facturus. Interē uero Pipinus & Taxillonem Bauarorum ducem suo imperio subiicit, & Saxones in amicitiam recipit, hac tamen conditione, ut trecentos equites, quotiens bellum geri oportaret auxilio mitterent, cum AQUITANIS diuturnum ei fuit bellum: quod quidem postremo Carolo adolescenti commisit, cum ipse senio confectus interesse non posset. Hoc bello absoluto Carolus Borboniū, Claramontem, & multa de Aluernis oppida ui cepit. At Pipinus, quem diximus annis grauem esse, non ita multo post moritur, duobus filiis Carolo ac Carolomanno in regno reliquit. Sunt qui scribant hoc tempore mortuum esse Aistulphum Longobardū regem, quem diximus multa sanctorum corpora Roma Papiam secum detulisse; eorūq; facella edificasse, ac monasteria uirginum, ubi & filias deo dicauit. Monachos autem supra modum dilexit, quorum etiam in manibus regni sui anno sexto, mense quinto moritur. In principio regni nimis ferox & audax, in fine moderatus. Tanta præterea literaturæ fuit, ut edicta Longobardorum in leges reluterit. Huic autem (ut dixi) Desiderius dux militaris succedit lauescente iam ob delicias Longobardorum uirtute. Moritur & Paulus in basilica Pauli uia hostiensi, restitutis quibusdam ecclesiis uetusitate collabentibus, pontificatus sui anno decimo, mense uno: eiusq; corpus magna ac solēni pompa in uaticanum defertur. Vacat tum sedes annum unum, mensem unum.

STEPHANVS. III.

XCVI. ponti.

STEPHANUS tertius, natione Siculus, patre Olibo, anno domini septingentesimo sexagesimo octavo pontificatum inīt, uir certe doctus atq; eruditus, & in rebus agèdis, maxime uero ecclesiasticis strenuus admodum ac constans. Hic enim à teneris annis Romam ueniens, mandato Gregori⁹ tertii in monasterio sancti Chrysogoni rationem nem uiuendi, & doctrinam ecclesiasticam perdidic̄, accepto clericū ac monachū ordine. Vocatus deinde a Zacharia pontifice in patriarchatum lateranensem, cum eius uita & doctrina ab omnibus probaretur, sancta Cæcilie presbyter cum titulo instituitur, quem tamē & Zacharias & Stephanus & Paulus a se nunquam dimisere, tanta probitatis erat & præstantia in agendis rebus. Mortuo autem Paulo, quem nunquam ne in extremitate quidem spiritu reliquit, Desiderius, quem ex duce regem Longobardorum creatum esse adiuuante Paulo diximus, liberatus omni metu Pipini morte, Totonem Nepesinum ducem adhortatur, ut Constantinum fratrem uiri etiam, quando largitione & ambitione fieri non posset, pontificem deligit. Is fraḡ Romā cō exercitu profectus, Constantinum fauentibus quibusdam amicis largitiōe & pollicitatiōib⁹ corruptis, pōtificem creat. Fuere etiam qui Philippum quendam huic præponerent, qui statim abdicare se magistratu armis compulsus est. Cogitur & Gregorius Praenestinus episcopus, Constantium ipsum laicum sacrū statim initiare, atq; episcopum inungere, cuius man⁹ ita ob eā exaruisse miraculo dicuntur, ut eas ori admouere nō posset. Cū uero Constanti⁹ munera pontificis per annum obstinate exercuisset, tandem ē sede dejectur a populo Romano, ira & indignitate rei percito: in eiusq; locum omnium suffragijs Stephanus tertius sufficitur, Hanc ob rem Constantinus in basilicam salvatoris per-

Constantinus
laicus initia-
tor sacris.

ductus uidetibus omnibus, ac facis canonibus perlectis, ut fieri solet, deposito pontificali habitu magistratu se abdicat, in monasterio uitam priuatam ducere iussus. Tunc uero Stephanus in basilica sancti Hadriani inter tria fora a tribus episcopis consecratus, & ab universo clero ac populo ut uerus pontifex salutatus, ad corrigendos mores quorundam improborum labefactare integratatem ecclesiae Romanae uolentium animum adiicit. In dicto itaq; concilio Carolum literis ac nuncijs adhortatur, ut primo quoq; tempore episcopos quosdam Galliae ad hanc rem doctrina & integritate morum idoneos Romanum q; primum mittat. Idem quoq; ceteris principibus christiani nominis scribit. Obtemperarunt omnes mandato pontificis. In lateranensi basilica concilium habetur. Multa inter se de componendis ecclesiae rebus collocti, Constantinum ad se perduci iubent. Nam cum Desiderij Longobardorum regis subornatione & Pauli cognomento Aphartam imperatoris Constantinopolitani fraude, crebrae seditiones in populo Romano orirentur, quod Desiderius reuocare animos Romanorum a Carolo ad imperatorem studeret; & interfici plerique sunt, & Constantinus, cuius causa tot mala committiebantur, ab aduersa factione reclamante Stephano & indignante oculis capit. Sed ire obuiam populo in furore uero non licet. Perductus itaq; in medium Constantinus & accusatus, q; nullis sacris initiatibus sedem apostolicae occupasset, omne crimen in uim populii & quorundam facinorosorum rehicit, q; se etiam inuitum coegerint pontificis obire. Cum uero in pauciis pronus & supplex iaceret ueniam petens, commiseratione moti qui aderant, eum e medio duci iubent; atq; ita rem integrum in sequentem diem reiungunt maturius confuluntur, quid in tali re facere oporteret. Verum Constantinus sequenti die in concilium rediens mutata sententia, ostendit quae adhuc egerat, maiorum exemplo fecisse; q; & Sergius Rauennatum archiepiscopus, & Stephanus Neapolitanorum ex laico episcopus creatus fit. Ob hanc uero impudentiam indignati, qui in concilio aderant, turpi ericiuntur, ad componendam rem publicam christianam animi adiecerunt, abrogatis primo Constantini decretis. Institutum est autem omniu[m] consensu, ne quisq; laicus, nisi p[ro]odus ecclesiasticos ascendens pontificatus occupare auderet sub anathematis pena. Promulgatum est itaq; ut qui episcopatus dignitate Constantini tempore consecuti fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordinis reciderent. Quod si istorum uita & doctrina a populo probata fuisset, placere ut ad fedem apostolicam uenientes denuo consecrarentur. Idee presbyteris & diaconis adjudicatis est. Vetus tamen est ne qui istorum maiores gradus attingerent, ueritos credo, ne quid erroris, aut secta aliqua inde oriret, tanq; ex seminario quodam discordiae aseditionis. Constitutum est praterea, ut qua Constantinus in re sacra egisset, irrita haberent, praeter baptismum & christinam. Postremo uero abrogata synodo constantiniana, qua decretu inter Graecos fuerat, ut sanctiora simulacra & statua e[st]e possent, placere ut eadē statua ubiq[ue] restituenterent, anathematizantes execrabiliter & punitos illa synodū, qua dei immortalis cōditio peior q[ui] hominū fieret. Referre em̄ statuas mortaliti bene de repu. meritor[um] licet, ne ingrati uideamus, utq; eorū facta emulacione imitari cogamur, dei non licet, quē semp ante oculos si fieri posset habere deberem, si eius merita erga humanū genus, si natura diuinā dignitate inspicim. His uero ex sententia pacis, decretu est ut sequenti die supplicationes haberentur, quibus & deo gratias agerent, & irā ipsius, si qua ex hoīm peccatis cōcepta esset, placaret. Ita est autem lateranensi basilica ad sanctū Petru[m] cū maxia oīm religione nudis pedib[us], & a pontifice et ab hominibus q[ui] tamen aderant. Nunc uero adeo refrixit pietas & religio, nō dico nudis pedibus, sed caligatis & cothurnatis iuxa supplicate dignans. Non sicut inter eundem, uel dñi sacrificat, ut illi sancti patres; sed rident, & quidē imprudenter, de his etiā loquor, quos purpura insigniores facit: nō hymnos cantū, id em̄ seruile uide[re], sed iocos & fabulas ad risum concitandū inter se narrat. Quid pluraq; q[ui] dicacior est & perniciōs, eo maiorē in tā corruptis moribus laudē meref. Seueros & graues uiros reformidat hic noster clerus. Quid itaq; in tanta licentia malitū uiuere, q[ui] bene monenti, aut cogēti obtemperare, & ob ea rem christiana religio q[ui]tidie in peius labitur. Ad Stephanum uirum

sanc[tissimum] redeo, qui peractis supplicationibus, statim quae in concilio acta erant, & uoce apocrisiari & scripto promulgavit, poenamq; anathematis illis proposuit, qui abrogare auderent, quae in sancta synodo instituerant. Verē non ita multo post mortuo Sergio Rauennatum archiepiscopo, Michael eiusdem ecclesiae scribiarius sedem occupat, nullis sacris initiatibus adiuuante Desiderio rege & Mauricio Ariminensitatem duce, quos Michael pecunia & largitione corrupit, pulso Leone archidiacono, quē potissimum clerus expetebat. Ausi quinetiam missis ad Stephanū legatis ei pecunia subornare, ut eidem Michael in ecclesia confirmaret; qui non modo dona reiecit, uerum etiam edictū proposuit, quo ille anathematis poena notaretur, nisi sedē relinqueret, quā contra ius fasq; occupauerat. Tadiū tamen uero Rauennatum eā obtinuit, qd aliquid habuit, & prophanti & factū qd Desiderio munerū cupientissimo elargiret. Verē cī pōtifax eō legatos suos misit, cum oratoribus Caroli regis ob eā ē in Italiam missis, admonūscentib[us] qd maxime pōtifax experteret, statim electo Michael Leonē diligētū, quē pōtifax confirmauit. At uero cum ob hanc ē a Desiderio clanculū uxarex, Carolū rogat Desideriū admoneat ut ab iniuria inferēda caueat. Fecit id Carolus, & quidē pdiligenter, retinere tamen hoīem in officio armis nō potuit, q; ei mortuo fratre, q; secū parib[us] aīs biennio regnauerat, multa bella obice necesse fuit. Aquitanos em̄, quod bellū pater inchoauerat, in potestate suā rededit, Guasconos domuit in Aquitania positos. Deinde uero trāmissis Pyrenæis mōtib[us], fūsis ac fugatis Saracenis usq; ad Betim flumē puenit, quo nūc in Hispania Saraceni Granate se cōtinēt. Interim uero Stephanus pafor qdiligētissimus, & uerus Petri successor, ac Christi imitator quanto pōtificatus sui anno morit, mēse quinto, die, VII, & XX. sepeliturq; in basilica Petri. Eius aut̄ ex morte dies nouē sedes tum uacat.

HADRIANVS. I.

LXXXVII
ponit.

Hadrianus primus, patria Romanus, patre Theodoro summa nobilitatis uiro, pontificatum iniens, nequaq; à maioriibus suis degenerauit. Nam magnitudine animi, consilio, doctrina, & sanctitate uita, cum quoq; optimo pontifice comparari potest. Cuius amplitudinem Desiderius Longobardorum rex ueritus, statim de pace inunda & de amicitia mentionē per legatos fecit. Verum Hadrianus cognita hominis perfidia plusq; punica, iā aliud tēpus pacē distulit. Interē uero mortuo Carolomano, Berta eius coniux Hildegardæ Caroli uxori ob amplitudinem mariti inuidens, Aedoari cuiusdam consilio ufa, cum filiis ad Desideriū regem in Italiam confugit, qui eam perbenigne suscepit: & q; se tutiōe futurum hac ratione ab impetu Gallorum existimat, & q; Francos propositis Carolomāni filiis, facilius sumptuosos arma in Carolū regem, si quid in se moueret arbitraretur. Verum cum obtainere ab Hadriano precibus nō posset, ut filios Carolomāni reges inuinceret, ad uim conuersus in Rauennates mouenditione Romanae obtemperantes, Fuentiam et Comachum uice cepit. Praerat tum Rauennam archiepiscopus & tribuni tres, qui primo quoq; tempore ab Hadriano auxilium petiere. Pontifex autem primo quidem Desiderium nuncijs & literis adhortatus est, ut suis finibus se contineret, nec ditionem ecclesiae inuaderet. Deinde uero ubi intellexit eū Vrbinum, Senogalliam & Eugubinum cepisse, tum magis atq; magis minari, cum paulo post asturum deum uindicem uolatiōne fooderis diceret. Qui quidem in tantis miseriis nil aliud dicebat q; pontificis in suas partes transfundī esse. Separate enim hominē ab amicitia Caroli omnino nitebatur, & ob hāc rem cī precibus & pollicitationibus id obtainere non posset, minabatur se urbem breui obcessurum. Iam em̄ Spoleto cum Aldagio Carolomāni filio uenerat, inde tamē ad urbē peruenturus (ut ipse dicebat) pacato agmine uoti gratia. Verum Hadrianus redactis in urbē reliquijs oīm basilicarē, quae extra urbē incendiā habebantur, tres ep̄os ad Desideriū misit, q; ei sub anathematis poena minarent, ne ullo mō fines Romanos attingeret. Rex igit[ur] ueritus ne irā dei īcurreret, in Cisalpinā statim rediit. Interē uero Carolus ab Hadriano de iniuria sibi illata certior factus, Desideriū p[ro] legatos admonet, ac frustra qdē, ut res iniuria ablatas pōtifici restitueret, aliter se breui cī exercitu asturū, ut qd sponte nollet, id u[er]i facere cogeref. Vtrinq;

igitur magni parantur exercitus, sed Carolus mira celeritate usus, præmissa parte copia rum quæ in transitu alpium Louis montem occuparet, cum reliquo exercitu per monte Cinisium in Italiam descendit, fusq; ac fugato Desiderio obuiam facto, omnia longe ac late populatur & capit. Desiderius autem desperatis rebus tanto accepto incommodo, Papiam se recepit, uxore ac liberis Veronam missis. At Spoletini, Reatini ac Longobardis omnes qui eas regiones incolebant, audita Desiderij calamitate Romam uenientes, se ac sua omnia Romani pontificis fidei committunt, adhibito iurecurando, deposito capitulo & barba, quod apud eam gentem maximum uerae deditioñis signum erat. Hoc secuti exemplum Anconitani, Auxiūates, Firmani pontifici se ac sua libere dedunt. Longobardis autem ad suos redire nolentibus, Vaticanū sedes ad incolēdum cōcepsa, quo postea ex tota Italia multi suæ gentis confuxerunt, istorum exemplo permoti. At Carolus regis Bernardo patruole suo in obsidione Ticinensis urbis, cum parte copiarum Veronæ proficisciuit. Quæ quidem ciuitas haud ita multo pōst inclinante in partes Francorum Berta ac Carolomani filijs, deditioñem fecit. Aldegisius uero Desiderij filius inde abiens, ad imperatorem Constantinopolitanum confugit. Carolus autem acceptis in deditioñem omnibus ferme Transpadana Italie turbibus, Romam petet, una cum pōtifice resurrectionis festum celebraturus cui iam urbi appropinquanti ad tria milia iudicium honoris gratia occurrit, Bibliothecarius scribit, iudices eos uocans, qui nequaç sordidis artibus impliciti essent. Expectabat hominem Hadrianum cum clero suo in gradibus sancti Petri; quem quidem accedenter mira benevolentia complexus est, nec retinere eū posuit, quo minus pedes suos exofcularetur. Inde post datam acceptamq; salutem, basilica ingressi, cum ad altare apostoli simul peruenient, iurauerunt mutuo Carolus ac pontifex Romani ac Fraci, & perpetuan se amicitiam seruaturos; & communes eorum hostes fore, qui alteram partem lacefissent. Vrbem deinde ingressus, omnes basilicas pie ad modum & religiose inuisit, ac munieribus quibusdam ornauit. Nudi uero quarti post eaq; urbem ingressus fuerat, quod dono pater Pípinus Gregorio tertio dederat, eadem ipse amplioribus p̄fūilegiis confirmauit iurecurando interposito. Quæ quidem (ut Bibliothecarius refert) hæc sunt, quicquid in Liguria ab urbe Luna iāpridem euersa usq; ad alpes Italæ fines pertinet, huic ditioni additur, & Corsica insula; & quicquid Luci & Parmam interiacet. Additur & Forumiūlum cum hexeratu Rauennatum, cumq; beneuentano & Spoletino ducatu. His autem rebus ita compositis, Carolus cū bona Hadriani gratia in Transpadanam rediens, sexto mense posteaq; obſideri coepit, Papiam deditioñem occupat. In Desiderium autem clementia usus, hominem spoliavit regno, nō etiam uita Lugdunum cum uxore & liberis exultatum mittit. Verus deinde in Arachim beneuentanum principem Desiderij generum, qui eius furore iuuerat, hominem pacem petere breui coegit, duobus filiis obſidibus datis. At uero dum iter in Cisalpinam facit, ad Cassinum diuertens religionis causa, omnia monasterij dona ab alijs principibus diu Benedic̄to data confirmauit. Atq; ita sedatis in tota Italia rebus, propositisq; Cisalpinæ firmissimis praefidis, cum magna preda & gloria in patriam reuertitur, Caroli fratris uxorem & liberos secum ducens, quos quidem semper in honore habuit. Paulum quoq; Longobardum Aquileiensis patriarchatus diaconum Desiderio ob doctrinam & ingenium admodum charum secum in Galliam ducēs, libertate donauit; in pretioq; aliquam diu habuit. Verum cum postea compriisset hominem Desiderij libertatem querere, etum in Diomedis insulam relegauit, unde post aliquantos annos aufugiens, & ad Arachim perueniens, rogaru Adelbergæ Desiderij filiacæ & Arachis uxoris, Eutropij historiæ duos libros addidit, a Iuliano principe usq; ad primi Iustiniani tempora omnia prescribes. Mortuo inde Arachi Cassinense coenobium ingressus, reliquum uitæ sanctissime usque ad mortem ducens, saepe ad Carolum regem literas elegantes, & humanitatis plenas scripsit, ab eodemq; à quo fuerat ob literaturam seruatus uicissim accepit. Longobardi itaq; quarto & ducentesimo anno postq; in Italiam uenerant, regnum amisere, anno domini septingentesimo septuagesimo sexto. Carolus autem nulla interposita mora in Saxones

idololatras, qui ob eius in Italiam discessum rebellauerant mouet, eosdemq; quibus cū ad trīginta annos bella gesserat, uincit, & fidē Christi omnino suscipere cogit. Conuersus deinde in Hispanos à nostra quoq; fidei alienos, Pampalunam & Augustā ui captas militibus diripiendas concepsit. Neḡ Hispanis pacem & quietem daturus erat, nisi ipsi quoq; integre fidem Christi recipiſſent. In Galliam uero tum quoq; rediens rebus ex sententia gestis, dum Pyrenæos transit, in Guasconum insidias incidit: quo in prælio licet se acriter tutatus sit, Anselmum tamen & Egibardum summos in bello duces amisit. Sunt qui eo quoq; prælio cecidiſſe scribant Rolandum Caroli ex sorore nepotem post editam ingentem hostiū cædē & stragem. Perierit ne sit (ut aiunt) an uulnere, haud fatis constat. Vascones uero tandem a Carolo superati, defectionis ac perfidiae meritas penas dedere. Mouet bellum in Francos Taxillo Baiouraria dux Desiderij gener, sollicitatis Hunnis, quod quidem celeritate sua prius pene Carolus confeccit, quā inchoatu sit; huic quoq; pacem non negauit acceptis prius obſidibus. Dum hæc in Gallia gererent, Constantinus in oriente imperator elephantis morbo correptus, unde fortasse nata est illa de lepra magni Constantini uana opinio si similitudinem nominis, moriens Leonē quartum imperatorem reliquit, qui adeo gemmis delectatus est, ut direpto sacrario sanctæ Sophiæ coronam magni ponderis ac pretij sibi constituerit; qua quidem ita frequenter utebatur, ut aut propter pondus, aut ob frigiditatem lapillorum subito morbo correptus sit. Idem quoq; accidisse nostra aetate Paulo secundo putauerim, qui adeo his mulieribus delinimenti delectatus est, cōquisitis undiq; magno pretio gēmis, & exhausto pene ecclesiæ Romanæ ærario, ut quotiescumq; in publicum prodiret, Cybeles quædam Phrygia ac turrita non mitrata uideretur. Hinc ego ortam tum sudore præpinguis corporis, tum gemmarum pondere apoplexiā illam puto, qua corruptus subito morbo interiit. Leone itaq; mortuo, Irene eius uxor & filius Constantinus sextus imperium accipientes, concilio trecentorum & quinquaginta episcoporum in Nicena urbe secundo habito instituere, ut qui sacras imaginis delendens dicent, perpetuo anathemate notarentur. Quam quidem constitutionem Constantinus adolescentis patris flagitia secutus, quorundam improborum suus, non ita multo post & abrogauit, & matr omnino administrationē imperij abstulit. Repudiata deinde uxore, Theodorā eius ancillam corona imperij augustorem redditam in suos complexus traduxit. Subornauit & duces suos, quos in Italia habebar contra finitimos; hos quidem unico nūcio sua autoritate Carolus in officio cōtinuit, qui tū in Sclaus & Hunnos (quos Vngaros merito dicimus) copias mouerat, quod horum incursionibus circa Danubium uexare omnia, quibus certe perdomitis in Franconiam duxit maiorum suorum natale solum: unde Franci non men sumpsero. Qua quidem in prouincia haud magno negotio in potestatem suam redacta, biennio post Theophylacius & Stephanus episcopi insignes Hadriani nomine synodus Francorum Germanorumq; episcopos habuerunt, in qua & synodus (quam septimam Graci appellabant) & heres Feliciae de tollendis imaginibus abrogata est. Hadrianus uero opera & autoritate Caroli à terrore bellico securus, ad exornandam urbē sacrasq; basilicas animum adjicit. Nam & corpus beati Pauli laminis argenteis inclusit; & altare Petri pallio exornauit auro intertexto, in quo depicta historia inerat, quemadmodum angelus beatum Petrum è uinculis liberauerat. Restituit item & strauit marmoribus Pauli apostoli atrium, iam ante uetuslate collapsum. Instituit item ut singulis diebus centum pauperes in atrio Lateranenii paſcerentur, in quo etiam discubentes pauperes picti cernebantur. Restituit præterea magna impensa aqueductus quosdam et custode & hostium maleficio collapsos; Alphenitum potissimum ductum iam antea ab Augusto uia Claudia ex lacu Alphenino duobus ac uiginti milibus passuum in subiacentem transfiberinam regionem magis ad usum ortorum naumachia thermarum ue, quā ad potum, cum aqua illa insalubris haberetur. Sabatinum uero ex lacu sabatino non ducens, quem quidem lacum alio nomine angularem appellant, à tribus angulis, quos præ se fert, uia Aurelia in uaticanum duxit, ut eo uerentur sacerdotes beati Petri,

Synodus septima abrogauit heresim Feli cianam.

tum ad usum basilicæ, tum ad lauandos Christi pauperes, qui in paschate eleemosynâ accepturi laubantur ad imitationem apostolicas doctrinæ & religionis. Molendi quoq; usum ea aqua interdum præstabat, e ianiculo in planum cadens. Sabatinum autem lacū angularem etiam appellatum fuisse declarat emptio Polæ Rutiliæ, quæ fundum hac ratione in tipa lacus sabatini uel angularis emit, ut quicquid agri exhausto lacu deficaret, id fundo Polæ adiudicaretur, quaquerum fundus tenderet. Restituit & Iuliam à duodecimo lapide uia latina in urbem ductam, quæ quidem (ut ait Fr. Cœnitus) repulæ ex agro Tusculano ductæ riuum intercipit. Ita uero Claudiâ formam reparauit uia subla censi conceptam ad trigesimalium lacuum lapidem ex diuobus fontibus amplissimis, ut eius aquæ pars in baptisterium salvatoris ad lateranum deriuaretur, restituit etiam uirginis formam ab octauo lapide uia collatina in urbem introductam. Tecta quoq; multarum basilicarum ob uetusatem ruinam ministrantia refasit. Dum uero his operibus detineretur Hadrianus, adeo in immensum excreuit Tiberis, ut & portæ flammamæ à fundamētis cuerent, & pontem Antonini Pii, quem olim sublicum uocarunt, inter Ianiculum & auentinum, & multa urbis ædificia demolitus sit, secum & arbores & segetes & urbis ornamenta trahens. In tanta autem calamitate hac diligenter Hadrianus usus est, ut per uicos nauiculas mitteret, unde cibaria ob excrecentiam aquæ egredi domo neque uitibus subministrarentur. Eos præterea qui tata calamitate magis ac magis uexati fuerant, & uerbis & muneribus consolatus est. Turres & urbis muros collapsos restituit, ceterum aurum libris in eo sumptu expensis. Quid plura? nil prætermisit in uita Hadrianus, qd ad bonum principem, & ad optimum pontificem pertineret. Nam & religionem Christi anam, & libertatem ciuium suorum & uitam pauperum, pupillorum, uiduarum acerime tutatus est. Moritur autem pontificatus sui anno tertio & uigesimo, mense decimo, die decimo septimo, sepelitusq; magna cū laude in basilica Petri sexto calendas Ianuarij.

Tiberis inundatio.

XCVIII. p. 111.

Irene Confessio
nem imperato
ris mater.

Leo tertius, patria Romanus, patre Azzupio, pontifex creatur, ac merito quidē. Ab ineunte enim aetate ita erat educatus & eruditus disciplina ecclesiastica, ut dignus esset qui caeteris afferretur. Fuit præterea vir castus, integer, pudicus, fuscus. Doctor uiroq; ita amator, ut eos undiqueq; ad se pmiis alliceret, eorumq; consuetudine mirum in modum delectaretur. Præterea uero ægrotos uisere, eosq; ad patiemtiam adhortari, eleemosynas indigentibus præbere, desperatos consolari, errantes in uitiam rectam deducere, prædicationibus, admonitionibus, quibus plurimum ob eloquiem & doctrinam ualebat ei peculiare fuit, homo certe ita mitis ingenij, ut omnes diligenter, neminem odio haberet, tardus ad iram, ad miserandum promptus, insignis pietate, fortissimus rerum rerum ecclesiasticarum, honorisq; diuinæ procurator et defensor. Crebat itaq; (ut dixi) pontifex uno omnium consensu in natalicis Stephanii protomartyris, sequenti die acclamantibus omnibus præ fauore in sede Petri colloccatur. Isdem uero temporibus Constantini imperatoris mater Irene filii flagitia nequam ferens, impellentibus quibusdam ciuibus Constantinopolim reuertitur, ac Constantinum capti oculis in carcercem coniicit; ubi & merito tanquam sacrilegus minimæq; pietatis, quippe qui matrem relegauerat, uitam finivit. Interim uero cum Carolus multis rebellantibus undique laceretur, Pipinum filium in Vngaros misit: quos quidē grauibus prælijs superatos, tandem ad deductionem compulsi. Adelphos autem Asturæ & Galliaræ rex acceptis a Carolo auxiliariibus copijs, superatisq; Saracenis, Vlixibonam ui cepit, qui uero in præsidio Barchinone erat, Carolo audita Adelphosi uictoria se confessim dedunt. Superetur & Bauari, qui Foro Iulianos uexabat ab Henrico Caroli præfecto. Interea uero Leo tertius dum supplicationes à beato Gregorio institutas Romæ agit cum populo & clero, Paschalitæ primiceri & Campuli presbyteri fraudibus apud aedem beati Syluestri captus, ac pontificali amictu priuatus, multisque uerberibus adeo cæsus, ut oculis & lingua captus putaretur, in monasterio sancti Erasmi in uincula coniicitur: unde postea Albini cubiculari industria custodes fallens in uaticanum sese proripuit; ibiq; tadiu latuit, quo

ad Vinigisius Spoletinorum dux clanculum accersitus, eum incolumem Spoletum perduxit, cohortibus militum in itinere sti patum, ne aliqua hostium uia obrueretur. At seditionis cum fœuire in Leonem & Albinum non possent, eorum domos à fundamentis dñruunt. Idem quoq; (adeo audaces erant & temerarij) ad Carolum, qui tum bellum contra Saxones gerebat, quoq; Leonem profectum intellexerant, accusandi hominis causa peruenire. Verum Carolus reiecta in aliud tempus disceptatione, p̄tificem cum egregio comitatu Romanum mittit, se eō breui peruenturum pollicitus, componendarum rerum Italicarum gratia. Leonī uero ad pontem milium honoris & gratulationis causa clerus ac populus Romanus obuiam factus, uirum sanctissimum in urbem introducunt. Carolus autem non diu immoratus per Magistriacos in Belgis positos, Noricumq; mōtem in Forumiulij descendens Taruinos graui supplicio afficit, quod Henricum præfectum occidissent. Creato uero in huius demortui locum altero, Ravennâ primo, mox Romanum expectatus proficisci. Vrbem ingredienti omnia certe, & merito quidē honoris genera adhibita sunt. Octauo autem die postea quam urbem ingressus fuerat, in basilica Petri astante populo & clero episcoporum omnium, qui eō ex tota Italia & Frâcia conuenerat, sententias de uita & moribus pontificis rogat, uerū ab omnibus una uoce responsum est, sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput a nemine (laico præser tim) iudicari debere. Omnis autem ob tam graue responsum à Carolo quæstione, Leo pontifex qui id iudicium maxime expetebat, suggestum confundens, ac euangelia in manibus retinens, iure iurando affirmavit se omnium rerum, quæ sibi obiicerentur infonste esse. Fuit is dies idibus decembris salutis anno octingentesimo. Dum haec autem Romæ agerentur, Pipinus mandato patris Beneuentanos duce Grimoaldo finitimos suos uexates aggressus, magnis cladibus ita perdomuit, ut ægre se incenibus tuerentur: cui bello Vinigisius Spoletinum ducem præficiens, ad patrem reuertitur imperij coronam breui sumpturum. Nam pontifex Carolo optime de ecclesiæ dei merito aliquam gratia reuertatur, cum uideret imperatores Constantino-politanos ægre id nomen ueri, ac ob eam urbem & Italiam ipsam magnas calamitates passam, in basilica Petri post solennia sacra, populi Romani scito ac precibus ipsum Carolum magna uoce imperatorem decernit, ac diademate donat, ter acclamante populo Romano, Carolo Augusto a deo coronato magno & pacifico imperatori uita & uictoria. Pontifex item hominem inunxit una cum Pipino filio, quem Italæ regem solenni decreto pronunciavit. Accepta itaque imperij potestate Carolus, Campulum & Paschalem coniurationis reos capite plecedos censet. At pontifex omni ex parte clemens, a Carolo rege tamen obtinuit, ut his uita condonaret, in Franciamq; tantummodo relegarentur. Post hoc uero fuere qui Carolo suaderet, ut omnes Longobardos Italiam expelleret. Verū cū id nequaquam tuffi uideret, qd multis Italæ populis sanguine & affinitate coniuncti essent, censuere simul & Carolus et Leo Lögobardo, nomine ibi tñmmodo remaneret, ubi ea ḡs p̄cipue sedē habuisset. Pipinus autem cū in Saminium redisset, frustraq; per aliq; mentes Beneuenti oppugnat, Theate se conferens oppidum uicinum incendit ac diripit. Inde Ortonam & Lutetiam mouens, eas ciuitates timore percussas in deditioinem statim accipit, ac Grimoaldum Beneuentanum ducem Luteriæ capit, qui non ita multo post dolore animi periret. Interea uero Constantino-politana imperatricis missis in Italiam legatis, cum Carolo pacem & fœdus iniit, imperiumq; his terminis diuisit, ut Irene ea Italæ parte poteretur, quæ ad dexteram Neapolij incipiens, ad sinistram Siponto (quæ urbs nunc Manfredonia dicitur) infero superoq; mari clauditur una cū Sicilia. Reliqua uero Italæ pars Carolo ipsi ex fœdere obtigit, ea tamen loca semper excipio, quæ ditionis ecclesiastica habebantur. At Nicephorus patricius ægre ferens Irene mulieris imperium, cum eam do lo captam Lesbum in exilium missit, fœdus iam ante initum per legatos cum Carolo renouat, qui tum Saxones totiens deficientes migrare in Franciam cum uxoris & liberis compulit, eos in itinere cum legionibus subsequens ne quid maleficij inter eundem committerent. At Leo cum seditionibus semper uexaretur, ab urbe discedes, Man

Sedes apostoli
ca om̄i ecclesi
arum caput.

tuam proficiscitur ad uisendum Christi sanguinem, qui tum miraculis magno in pecto erat. Is autem à Mantuanis perbenigne suscepimus, approbato Christi sanguine ob frequentia miracula, ad Carolum proficiscitur, ut hominem ueritatis cognoscendae cupidum eius rei certiore faceret; simulq[ue] etiam ut de componendis rebus Italiciis inuenient colloquerentur. Rediens deinde in Italiam adiuuante Pipino rege, mandato patris, de coniuratis quibusdam & seditionis non sine clementia supplicium sumpsit. Carolus autem iam senio grauis, cum intellexisset Pípinum, quem (ut diximus) Italiam regem præfecerat, Mediolani mortuum esse, Lodouicum filium minorem natu Aquitaniam regem & imperij successorem, Bernardum uero nepotem Italiam regem declarat, eiq[ue] mandat ut Lodouico rebus in omnibus obtemperet. Fines imperij hos esse uoluit in Gallia Rhenum ac Ligerim, qui in Celtis oriens eos à Biturigibus diuidit; in Germania uero Danubium & Saum fluuios his autem prouincias Aquitaniam, Gausconiam, magnam partem Hispaniae, Cisalpinam Galliam, Saxoniam, utramque Pannoniam, Istriam, Tiburinos addidit; maritima uero Dalmatiae imperio Constantinopolitano subiecta erant. Rebus autem ita compofitis, dum Aquisgrani effet ualeudinis causa propter aquas calidas, quæ ibi scaturiunt febre ac dolore laterum moritur, aetatis sua anno secundo & septuagesimoquinto calendas febriuarii; salutis uero anno octingentesimo ac quintodecimo. Eius autem corpus nullo non genere honoris adhibito, in templo beatæ uirginis, qd' ipse magnis sumptibus Aquisgrani extruxerat sepelit, hoc addito epigraffate, M A G N I C A R O L I R E G I S C H R I S T I A N I S S I M I R O M A N O R V M Q U E IMPERATORIS CORPVS HOC SEPVLCHRO CONDITVM I A C E T . Fuit autem Carolus, si eius res gestas tum domi tum foris inspicis, tantæ amplitudinis & integratitatem imperator, ut postea neminem superiorum, nedum paré habuerit, adeo autem (cum ei per otium liceret) studijs literarum delectatus est, ut prius suadente tamen Albino gymnasium Parisiense instituerit. Tres autem mensas argenteas habuit, quarum unam (in qua urbs Constantinopolitana insculpta erat) basilicae beatæ Petri, aliam (ubi imago urbis Romæ cernebatur) ecclesia Rauenati dono dedit. Tertiam filii reliquit, ubi inerat orbis terrarum descriptio. Sunt item qui scribant hanc auream fuisse. At uero Leo pontifex restituendo sancti Pauli recto, quod tertamu conciderat, ædificatoq[ue] à fundamentis apud sanctum Petrum amplissimo hospitale, quod Græci xenodochion vocant, necnon institutis trium dierum supplicationibus ante diem ascensionis, quibus prima die ab ecclesia dei genitricis ad Praesepem ad basilicam Constantianam, secunda ab ecclesia beatæ Sabinæ martyris ad sanctum Paulum, tercia à sancta cruce in Hierusalim ad Laurentiū extra muros ibat, moris primo ac uigesimali pontificatus sui anno, q[ue] etiā cometes apparuit (ut nonnulli putant) tata calamitatis indicium. Sepelit aut in basilica Petri pridie idus Iunij, ei⁹ in morte sedes tum uacat diebus decē.

xcix. pō.

S T E P H A N V S . I I I .

Stephanus quartus, patria Romanus, patre Iulio, pontificatus sui mense tertio ad Lodouicum imperatorem in Gallias proficiscitur; quam ob rem autem id fecerit, haud fatis constat. Sunt tamen qui coniectant, id ab eo factum ad uitandam seditionem & reliquias campulianæ coniurationis, quæ iam inualecebat mortuo Leone. In aurelianis tunc erat Lodouicus imperator cognomento Pius; qui ubi intellexit pontificem aduentare, statim ei honoratissimum queng[ue] obuiā misit; maxime uero Theodulphum aurelianorum episcopum, cum clero & magna populi parte. Ipse uero ad primū lapidem prodiens, cum hominem uidisset, ex equo descendit; atque eum, data accepta salute, cum maxima ueneratione in urbem introducit, præcedente clero, ac s[ecundu]m carmen repetente, Te deum laudamus. Erat enim Stephanus ex nobili genere ortus tantæ doctriñæ & integratitatem, ut facile apud omnes sanctitatis nomen nanciseretur; quippe qui sub duabus sanctissimis uiris Hadriano & Leone educatus, rationem bene ac beate uiuendi didecerat. In urbem introductus, sustentante eum imperatore propter impetum multitudinis studio uidendi concurrentis, in regiam d[u]iuerit, ubi & s[ecundu]m cum impera-

tore de componendis Italia rebus collocutus est; & ita se mutuo coniuicjūs exceperē, ut raro alter sine altero coniuaretur. Retinuisset hominem apud se diutius imperator, nisi si tum graibus implicitis bellis se obiecere hosti necesse fuisset. Nam & Vascones ab imperio defecerant, quos breui in potestatem suam redegit. Britones res nouas molientes, armis in officio continuit, & conuentu Aquisgrani habitu, legatis Saracenorum Caesarcam Augustam incolentium pacem concessit. Abiturus itaq[ue] Stephanus ad imitatem saluatoris nostri, qui etiam inimicis pepercit, a Lodouico impetravit, ut exulibus omnibus & captiuis, quos sceleris coniuctos iu Leonem admitti Carolus multauerat, redire ad urbem Romam liceret. Secum quoq[ue] detulit crucem magni ponderis magnæq[ue] astimationis, quam Lodouicus sua impensa beato Petri dicauerat. At uero sanctissimus pontifex ad urbem rediens, septimo pontificatus sui mense uita functus, in basilica Petri sepelitur. Sedes aut̄ eius morte dies XI, tum uacat.

P A S C H A L I S . I.

C.pōt.

PAschalis patria Romanus, patre Bonoso, nulla interposita imperatoris autoritate pontifex creatur, hanc ob rem ubi pontificatum inicit, statim legatos ad Lodouicum misit, qui eius rei culpm omnem in clerum & populum reiicerent, q[ue] ab his u[er]o coactis esset pontificium munus obire. Accepta hac satisfactione Lodouicus respondit populo & clero, maiorum instituta & pacta seruanda esse, caueret ne deinceps maiestatem läderent. In conuentu autem apud Aquisgranum habitu, Lotharium filii maiorem natu imperij socium sibi deligens, Pípinum secundum à Lothario Aquitaniam, Lodouicum tertium, Bauaria reges appellauit. At uero cum Bernardus Italiam rex instigantibus quibusdam episcopis & seditionis ciuibus ab imperio defecisset, coegeritq[ue] ciuitates quasdam & populos in sua uerba iurare, Lodouicum in se concitauit, qui praefatos quoddam copiarum cum satiis ualida manu in Italiam misit. Horum uero impetus retardare conatus Bernardus in alpibus superatur. Seditionis autores statim capti necantur. Ipse uero Bernardus quis supplex ueniam peteret, Aquisgrani supplicio capitali afficitur. Episcopi autem tantū malū autores, synodalī decreto in monasteria quādam relegantur. Sedato itaq[ue] Italico tumultu ueriusq[ue] bello, in Saxones qui ab imperio defecerant copias mouet, eorumq[ue] tyrannum Viromarchum regnum affectantem, & secti congregati ausum superat atq[ue] interficit. Deinceps uero Lotharium filium regem Italiam declaratum ad pontificem misit, à quo in basilica Petri inungitur, & Augustus appellatur. Interea uero tumultuante Italia, & ad res nouas spectante, cum Lotharius tantis motibus nequaquam se parem cerneret, maiores exercitus paratus ad patrem se contulit. Hac ob rem Theodorus primicerius & Leo nomenclator Romæ in lateranensi palatio peti seditionem confessis oculis necantur. Fuere qui tantum crimen in Paschalem reiicerent: qui quidem in synodo triginta episcoporum habita, & conjecturis, & rationibus, & iuramento à tanto se criminē liberauit. Accepit hanc satisfactionem Lodouicus, & ut Bibliothecarius ait, cum Paschali rescriberet, ne deinceps sedition ex re incerta oriretur, ciuitates Hetruria imperio subiectas literis declarauit: Aretium, Volaterram, Clusium, Florentiam à patre Carolo restitutam & auctam, Pistorium, Lucam, Pisam, Perusiam, & Vrbem ueterem; cetera uero ecclesiæ Romanae ascribebat. Addidit & Tudertum in Umbria & ultra apenninum Flaminianam, ac Rauennam urbis hexachratum. Id quoq[ue] Bibliothecarius scribit, Lodouicum liberam eligendorum episcoporum potestatem Paschali dedisse, cum antea ea quoq[ue] in re imperatores consulerentur; quam potestatem ab Hadriano pontifice Carolo concessam idem autor refert. Paschalis itaq[ue], quem Stephanus ob eius uirtutem & doctrinam, dum uiueret in monasterio beati Stephanii martyris in Vaticano præficerat, pontificatum iniens, & corpora sanctorum minus religiose facientia in urbem cum maxima ueneratione introducta, honestiore loco recondidit. Et captiuos per soluto creditoribus pretio uinculis liberauit. Idem quoq[ue] Praxedis beatissimæ Christi martyris templum à fundamentis extruxit, non longe à ueteri, quod iam ob uetusatem & incuriam sacerdotum ruinam minabatur; quo quidem in templo à se

Liberatis e-
ligendorum epi-
scoporum Pa-
schali data.

i iii

dedicato & p̄pet̄e celebravit, & multorum corpora sanctorum collocauit, iam ante in coemiterijs paſſim & sine ueneratione iacentia. Extat & in eadem basilica oratorium, beatæ Hagneri dedicatum, quod ipſe pluribus ornamentiſ augustius reddidit. Idē quoque beatæ Cæciliæ templum extruxit, quod carmen in apſide notatum nunc etiam indi- cat, eo quoq; loci & iphus uirginis & eius ſponsi Valeriani, Tiburtii, Maximini martyrii, Urbani, Lucij, pontificum corpora collocauit, multis additiſ muneribus & ornamentis ex auro, argento & quoq; genere marmorum. Reſtituit præterea beatæ genitricis tem- plum ad p̄ſepe uetusſtate quafsum, eiusq; apſida in meliorem formā rediget. Qui nō ita multo p̄ſto nullo religionis, pietatis, humanitatis, benignitatis exēplo prætermiſſo, septimo pontificatus ſui anno, mēſe tertio, die decimoſeptimo moritur, ſepelitur q; in basilica Petri. Vacat tum ſedes dies quatuor.

CII. pontif.

E V G E N I V S . II.

EVgenius secundus, patria Romanus, patre Boemundo, tanta religionis, sanctitatis, doctrinae, humanitatis & eloquentiae fuit, ut omnium consensu pontifex crea- retur, eo maxime tempore quo Lotharius in Italiā ueniens magistratum dele- git, qui populo Romano ius diceret. Romani enim imperante Carolo ac filiis libertate aliquid post longam & grauem ſeruitutem ufi sunt. Interim uero Lodouicus cum qua draginta diebus ferro ac flamma Britanniā uafſet, acceptis obſidibus Rhomagū pettit, ubi Michaelis Constantinopolitanī imperatoris oratores audit, eum conſulentes, quid de ſacris imaginib; faciendū ciferet, abolēda ne, an reſtituenda uiderent. Hos autem ad pontificem reſecit, cuius maxime intererat ea de re decernere. Bulgariſ deinceps Pannonias inuidantes primo quidem repulit: uerum cum Haydo Aquitaniae praefectus rebellaverit. Abderamanni Saracenorum regis auxiliis fretus, omittente tantum bellum neceſſe fuit, hanc ob rem Bulgari per medias Pannonias in Dalmatiā infeſto agmine penetrarunt. Sed antequam Lodouicus in Haydonem mouisset, magnam Hispaniā partem deficientibus populis iam occupauerat, dimiſſa circunquaſ; claſſe, quæ mariti- mas ciuitates uexaret. Solus autem Bernardus Barchinonensis comes terra maric; ue- xatus, in imperatoris fide permanſit. At Eugenius dignitate corporis & præſtantia ani- mi in ſignis, ſpretis rebus omnibus humanis, uel potius fortuna bonis, ad munificientia & liberalitatet uerſus, adeo rem frumentariam curauit, ut nullib; uilius quam Roma annona uendereſ. Præterea uero pauperi, pupilli, uiduarū causas & uitā ita tutatus eſt, ut ab omnibus merito pauperi p̄ dicereſ. Hoc aut̄ gne uiuēdi, & aī pontificatu uifus eſt: & diu beatæ Sabinae in Auentino p̄ſbyter eſt, quæ pontifex in meliore ſoſtea cultū reſtituit & dum baſilice Lateranensis archip̄ſbyter eſt, quo ex loco deinceps tanta integratit & modestia fuit, ad pontificatum omnium ſuffragiis traductus eſt. Huius præterea opera & precibus captiuū omnes & exiles ex Gallia tandem ad urbem redie- re, quos bonis paternis & fortunis omnibus ſpoliatos, ſuis facultatibus ſuſtentauit, & in uita retinuit. Per eum quoq; non ſtetit, quo minus Sico dux Beneuentanus Neapolitanos obſidione ſoluerit, quos tum uehementer premebat; unde beati Ianuarij corpus Be- neuentum tranſulit, & in maiorī baſilica cum Desiderio & Festo honorifice collocauit. Siconem namq; mouere in Saracenos pontifex adhortabatur, qui Panhormum in Sicilia iam ceperant. Cum his itaq; artibus in pontificatu annis quatuor uiuiffet, moritur p̄ ſoſte optimus collachrymantibus omnibus, & ſuam uicem potius quam mortem ſanctisimi uitri dolentibus, cum mors ei ad felicitatem uia optatissima eſt, ſepelitur autē in baſilica Petri apostolorum principis.

CII. pontif.

VALENTINVS . I.

Valentinus patria Romanus, patre Leonio, tanta uirtutis & ſanctitatis fuit, ut nondum p̄ſbyter, ſed diaconus ſummuſ pontificatus gradum merue- rit: nec mirum, quippe cum apud Paschalem & Eugenium uiros ſanctissimos & doctrinam & rationem bene ac sancte uiuendi à teneris annis uig; ad maturam æta- tem didicerit. Non ludis, non iocis, aut uoluptatibus intentus, ut pleriq; omnes adoleſcentes facere conſueuerunt, ſed doctrinam & beate uiuendi normam ex lectione uete-

rum, & exemplo sanctorum pontificum ſumens. Fuit præterea in homine tanta ingenio- dexteritas, tanta eloquentia, ut facile quod uellet ſuaderet & diſuaderet: nil niſi ſanum, & quod doctrinam ſaperet, ac modetiam proponens. Postremo autem pietate, clemen- tia, liberalitate, tū in uita priuata, tum in p̄tificatu nulli maiorum ſecūdus eft habitus. Has ob res omnium confenſu pontifex creatus, meritis hominum qui tum erant id for- taſſe exigentibus, quadragēſimo pontificatus ſuī diu moritur, ac in baſilica Petri ſepeli- tur, conquerentibus omnibus eum hominē ſibi morte ſublatum eſſe: quo ſtante labo- factari Romana libertas & Christiana religio uix poterat. Vacante autem ſede Sicar- dus dux Beneuentanus, qui patre mortuo tyrañicam uitam ducebat, Deuſdedit mon- tiſi Cassini abbate à quo pecunias expetebat, in carcerē coniecit, quo in loco nō ſine opi- nione ſanctitatis mortuus eſt.

GREGORIUS . IIII.

CII. pontif.

Gregorius quartus, patria Romanus, parte Iohanne, tituli sancti Marcii presby- ter, eo tempore pontificatum inījt, quo & Saraceni Afīam occupantes, ad ſan- cta Palæſtina loca Christianis adiutum interclusere, & Mauri in Siciliā claſſe delati ipſius insulae magnam partem uafauerunt, occupato (ut dixi) Panhormo: Nec prohibere Veneti potuere quo minus id facerent, eō claſſe rogatu Michaelis imperato- riſ Constantinopolitanī contendentes. Maior enim eraſ Maurorum claſſis, maiores etiā nauales copia. Crescebat tum res Veneta, quæ originem à Venetis omnibus habuerat, eo maxime tempore, quo Hunni Attila rege Aquileiam, Concordiam, Altinum, aliasq; Venerie prouincia urbes ceperunt ac diruerunt, à ſauitie barbarorum ſolis aſtuariorū & paludiſib; ſi ipsos tuentes. Dux Venetorum Iuſtinianus Patricius tum eraſt, cuius no- men ideo commemora libuit, quo ſuis temporib; corpus sancti Marcii Alexandria a mercatorib; Venetis in patriam delatum eft: ubi nunc in maxima ueneratione habe- tur, ex ruſto egregio templo in celebriore urbis loco, multis que donariſ in ipſo facel- lo reconditit. Hinc p̄imum Veneti Marcii ſimilarem urbis patroni in uexillis retule- re. At uero Gregorius cum intelligeret à Venetis Barbaros pelli ex insula non poſſe, legatos ad Lodouicum & Lotharium misit, quieſcoſe ut primo quoque tempo- re Siciliis auxilium ferrent. Tergiuſerabuntur hi, cum dicerent id bellum ad Michaelis imperatorem Conſtantinopolitanum pertinere, ſe tamen paratos eſſe communis im- pena communibusq; copijs rem ipſam gerere. Interea uero cum legati ea de re ul- tro citroq; mitterentur, Bonifacius Corsicā comes cum fratre Bertario, & auxilijs quorun- dam populorum Hetruriā claſſe in Aphrica delati, inter Uticam & Carthaginē qua- ter cum hostibus congreſus, tantam hominum ſtragem edidit, ut coacti ſint Mauri, ut olim à Scipione uexati fuos ex Sicilia reuocare, qui patriae laboranti auxilium ferrent. Hac igitur ratione Sicilia à Barbarorum manibus liberata eſt. Rediſti itaq; ex Aphrica in Corsicam Bonifacius cum claſſe uictrici ingenti præda onuſta. Sunt qui ſcribant, diſ omnia ubiq; in Italīa pacata eſſent, Lotharium aegreferentem quod Lodouicus Caro- lum natu minimum, cui poſtea Caluо cognomenū fuit, rebus in omnibus ſibi prafer- ret, patri uincula indiſſe, nec ita multo p̄ſto eum liberti dimiſſe: eaq; opportunitate Barbaros illeſtos ex Aphrica cum ingenti claſſe in Italiā delatos, Centumcellis appli- cuiſſe, urbemq; (quæ nūc ciuitas uetus appellatur) ut quidam uolūt, delefſe. Atq; inde Romam mouentes, urbem ipſam cepiſſe, quod quidem uero diſonum eſt. De Centum cellis non negauerim. Barbaros uero urbem oppugnare adortos conſtat: ſed Guidone Cifalpinat Marchione eam acriter defendente, incenſis suburbis ac baſilicis Petri & Pauli uia latina in faltum Caſſinatē mouentes, ubi sancti Germani oppidum & mo- naſterium beati Bendicti in monte poſitum euerſiſtent, iuxta Lyrim fluuium ad ma- re deſcendentes claſſe ab Holſia coauecta, Tarentum & Siciliā inuaſere: atque (ut dixi) Bonifacij uirtute in patriam à ciuib; bello opprefſis reuocati ſunt. Credide- rim ego tum Bartholomai apostoli corpus ex Lipari Siciliā Beneuentum tranſlatum fuſſe à ſicardo Beneuentanorum principi, qui tāto bello interfuit, ne ſanctissimi apo-

Saraceni Afīa- am occupa- runt.

Corpoſ S. Mar- ci à Venetis mercatorib; in patria delati eſt.

Eugenio secundo, & Gregorio quarto; sub quorum morib⁹ & doctrina ita uixit, ut solus mortuo Gregorio dignus haberetur qui pontificium munus obiret. Exarserat tum inter Lodouici filios tantum odij propter imperij diuisionem, ut in Antisiodorensi agro apud Frontanicum acerrime à Lodouico & Carolo contra Lotharium fratrem discrimatum sit, quo quidem multi utriq; cecidere. Lotharius enim tandem uictus Aquileianum confudit, atq; inde quoq; perturbatus instantibus hostibus Viennam cum coniuge & liberis se contulit. Infecuti & eo cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam iuslui Sergii profecti sunt, in ter quos Georgius archiepiscopus Ravennas primus est habitus; q; cum secundo prælio apud Lotharium componendæ rei causa esset, ac fortuna ad Lodouicum & Carolum inclinasset, totum comitatum in prælio amittens (eo enim cum trecentis equitibus uenierat) uix solus e tanta strage fuga prolapsus est. At uero hi communè totius regni calamitatem & interitum miserati, foedera pacis in hunc modum ineunt, ut pars illa occidē talis regni, quæ à Britannico oceano usq; ad Mosam flumē p̄tinet, Carolo obtēperaret, in eaq; etiā Franco; nomē maneret; utq; Lodouico Germania cōtingeret usq; ad Rhēni fluēnta, & trans Rhēni quicquid genitor posedit. Lothari⁹ aut̄ cū imp̄ titulo urbē Romam obtineret eum Italiæ & ea parte Gallia, quæ olim Narbonensis, nūc Romana prouincia uocat: huic aut̄ addidere eā q; partē, q; inter Scaldē & Rhodanū fluvios Lotharingia nomē accepit à Lothario, ut arbitror, R. e. aut̄ ita cōpositis, Lotharius Lodouic⁹ cum filium quem regni socium ascuerat, in Italiæ cum ingenti exercitu mittit: huic socios addidit Drogenem Metensem episcopū, atq; alios uirtuosos ecclesiasticos prudētia & autoritate dignos, quoq; consiliis uteret. His aut̄ adolescentis nimis felicitate elatus, quaciq; iter facit cadibus omnia & rapinis uastat, incēdit & diruit. Verum cum urbi appropinquet, eiq; obuiam honoris causa Romanī clives prodīsset, deposita ferocitate illa Gallica mitior esse cœpit, q; ei præf sententia ingredi urbē pacato agmine liceret. Prodeſit & obuiā ad primū lapidē sacerdotes cum crucibus, & hoc catu, Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Atq; eum usq; ad grad⁹ sancti Petri comitant, ibi p̄tificē offendens mutuo oculo, mutuaq; salute data & accepta, ad argēteas porras simul puenere clausa quidē. Tū p̄tifax, si pacato magis q; hostili animo ad nos uenisti, sic ad teipu. christiana utilitatē magis respicis q; ad uoluptatē saeuendi prædandi' ue, meo ius suu ingrederes in aliter animatus es, forces ne tetigeris; nam supra caput ensem habes scelerum omium ultorem. Cum autem bono animo esse pontificem iussisset, statim ei⁹ ius suu forces patuere. Ingressi itaq; pariter magna Romanorum ac Franco; multitudine tū præcedēt tū sequēt, cū ad altare beati Petri puenissent, procidētes simul omnipotenti deo & apostoloz principi gratias egersit, q; fine ullo maleficio res ex sententia acta esset, p̄tecostes octaua. Vey, cū postea à multitudine militis suburbia uastarent, parumq; ab esset qn urbē prædāti causa irruerent, octauo ex quenerat dñe uidētibus omnibus qui aderat, Lodouic⁹ regē oleo sancto intigit, corona donat, Italiæ regē decernit. Ad quē Siginolphus dux Beneuetanus salutādi hois causa statim uenit, qua quidē multitudine & arbores tricatae, & pecora distracta, & segetes (ut fit) in pabulū equorū succisa sunt. His itaq; p̄tifax quicqd petiere honestū præsertim facile cōcessit, q; citius ab urbe discederent. Vnde Romani tyrannicæ immanitatis meru liberati, sanctissimū pontificē uerum Christi uicarium & unicum patriæ parentē p̄dicabant. Qui quidē ad ornāda tēpla conuersus, basilicam sanctorū Sylvestri & Martini uetusstate collapſam restituit, in eaq; una cū ipſis cofessoribus Fabiani, Stephani, Sotheri, Asteri, Cyriaci, Mauri, Smaragdi, Anastasi, Innocēti, Quirini, Leonis, Arthemj, Theodori, Nicandri corpora collocauit. Struxit & à fundamentis ad ipsius basilicæ latus in honorem Petri ac Pauli monasterium, ubi continuo res diuina agebatur. Demū uero sanctissimus p̄tifax re ecclesiastica bene ac integrē gubernata, tertio pontificatus sui anno moritur, sepeliturq; in basilica Petri. Vatcum eius in morte Romana sedes mensibus duobus, diebus. XV.

L E O. IIII.

CV.pom.

stoli corpus in hostium christiani noīs manus deueniret. Ad Gregorium redeo, qui tamē modestia fuit, ut electus a clero populoq; Romano, nō prius pontificium munus obire uoluit, q; à legatis Lodouici imperatoris ob eam causam Romā missis, qui diligenter tantam electionem discusserant, confirmatus est. Fecerat id Lodouicus non superbia motus, sed ne iura imperij amitteret, quippe qui natura clemens & humanissimus sit habitus; quicq; iura ecclesiæ & dignitatem semper tutatus sit. Institutus enim ne Christi seruū illi seruitū humanæ subiecti essent; & ut unaquaq; ecclesia suos prouētus haberet, unde sacerdotes uiueret, ne ob inopiam rerum cultū diuinū deserenter; ne ob necessitatem quæstui sefe dederent. Idē præterea octingentesimo ac trigesimo dominice incarnationis anno synodus multorum episcoporum habuit, excogitata ad honorem dei & utilitatem ecclesiasticae dignitatis; in qua quidem constitutum est, ne episcopi & clerici cuiusvis gradus pretiosas & exquisitas uestes, utpote sericas & coccinei coloris aut braciatas ferrent; ne in digitis gemmas, nisi dum præfules sacrificiantur in cingulis & calceis, crepidis aurum & argentum ferrent, quæ certe procul omni religione sunt, & magnæ incontinentia ac vanitatis signa manifestissima. Utinam nostris temporibus Lodo uice uiueres. Indiget nunc ecclesia tuis sanctissimis institutis, tua censura, adeo in omnē luxum & libidinem sefe effundit ecclesiasticus ordo, coccinatos & trabeatos nunc inspicere non homines, quod leue fortasse uideretur, sed equos & iumenta, præcedēte dum incedunt magno adolescentiū, & altero presbyterorum agmīne subsequente, non in aūinis, ut Christus nostri dogmatis autor, & bene uiuendi unicum in terris exemplar, sed in equi præferocibus & phaleratis, ac si ex hoste deuicto triumphum ducerent. De genteis uasis, & egregia eorum supellecīle, deq; cibarijs non attinet dicere, cum & Sicut lae dapes, & Attalica ornamenta, & uala corinthia, si hac insipicias nullius pretij dici possint. Quid uero ex hac intemperantia nascatur dicere prætermittā, ne os (ut ipsi aiunt) in cælum ponam. Ad Lodouic⁹ redeo, qui his artibus & humanis & diuinis rebus conculens, imperi⁹ sui anno trigesimo sexto morit⁹, sepeliturq; meritis in basilica beati Arnulphi. Hunc autem non multo post securus est Gregorius pontifex, nobilitate insignis, sanctitate clarus, doctrina & eloquentia præcipiūs, diligentia ac sollicitudine, tum in reb⁹ diuinis, tum in humanis admiratione dignus. Nam & populi sui cōmoda mirum in modum curauit; diuītes in officio continendo, paupes pascēdo, desperatos solando, errantes sanis admonitiōibus in uia rectam deducēdo, ecclesias quoq; multas uetusitate collapsas restituit. Electos in sortem dñi doctrina & exemplo, quoad uixit in officio continuit. Transtulit idē sanctissimus pontifex beati Gregorij corpus, atq; eo loci collocauit, ubi nūc iacer magnis adhbitis ornamenti, quo in loco multi tēporibus illis, religionis aut uoti causa excubare confueuerant. Ferunt & ab eodem corpora Sebastiani & Tiburtij à cœmiterijs, in quibus ante facebat, ad basilicā Petri translata fuisse. Sunt qui scribant rogalu Lodouic⁹ Gregorium sanctorum omniū celebritatem calendis nouembrib⁹ instituisse, eamq; rem magnopere à Rabano monacho theologo insigni carminibus & prosa laudatam fuisse. In his enim duobus dicēdi generibus uir doctus, ut illa maxime tēpsta te satis ualebat. Commentatus est idē Rabanus & librum Paralipomenon, & Machabeos. Habuit etiam sermones satis elegantes ad populū, sed is potissimum laudatur, quæ habuit in celebritate omnium sanctoꝝ. Morit⁹ autē Gregorius p̄tificatus sui anno. XVI. sepeliturq; in basilica Petri, ac sedes eius in morte diebus. XV. uacat.

S E R G I V S. II.

CIII. pontif.

Sergius secundus, patria Romanus, patre Sergio è regione quarta, eo tempore p̄tificatum iniit, quo Michael imperator Constantinopolitanus moritur. Sunt qui Sergio primo quidem os porci appellatum fuisse dicant, & ob turpitudinem cognomenti Sergii nomen sumpsisse, eamq; consuetudinem ad nostros manas, ut qui p̄tifices crearent, suo omisso, maior nomina sibi inderent, licet ab omnibus nō sit obseruatum. Vt cung; est, constat Sergium ex illustri familia ortum, nequaq; à maioribus suis de generasse, adiuuantibus eius præclarum īgenium, Leone tertio, Stephano quarto,

Nomina p̄tificum immutati cōsuetudo

Lodouic⁹ Ita
lie rex decer-
nitur.

Leo quartus, pater Romanus, patre Rhadulpho, anno incarnationis octingente simo quadragesimo octavo pontifex omnium cōsensu decernitur, ac merito quidem. Vir enim fuit in omni uita priuata etiam religione, innocentia, pietate, humanitate, gratia, liberalitate, doctrina ecclesiastica praecepue insignis. Tātae præterea prudentiae & uirtutis fuit, ut euangelij sententia, serpentis astutiam, ubi oportebat, & columba simplicitatem imitaretur. Tam constanti aut fama impulsus Sergius secundus Romanus pontifex hominem totius uirtutis exemplar, ex subdiacono presbyterum creat, eum demīq; titulo sanctorum quatuor coronatorum præfecit. Vnde postea mortuo Sergio ad lateranensem basilicam ductus, ac in sede Petri collocatus, ut uerus & dignus pontifex ab omnibus salutatur. Exosculati sunt etiam eius pedes, qui prope aderant morte antiquum seruantes. Sunt qui arbitrantur huius sanctissimi uiri orationibus deum pmotū Saracenorum rabiem naufragio, dum ouestū præda domum redeunt compescuisse. Nā superato apud Tarentum naualii prælio Theodosio Michaelis imperatoris duce, Italianam nemine obstante longe a late populat: captaq; Ancona ac direpta, uexatoq; itē Dalmatico finu, dum lāti domum redeunt, uolente deo procellis fluctuum obruuntur. Liberatus Saracenorum metu Leo, & sedilia in vestibulo atrii lateranensis posita ex marmore construxit, & solarium à Leone tertio inchoatum perfecit. Instituit item pius antistes, ut quotannis à cuncto clero in basilica Pauli ipsius apostoli natali die hora uespertina celebraretur. Mandauit præterea ne laicus quispiam presbyterium ingredieretur, dum sacra fierent. Habitæ etiam suo iussu eisdem ferme dīcibus supplicationes ad auertendam iram dei, quam frequentes terræ motus præ se ferebant. Crucem quoq; quam Carolus Romanorum imperator Constantiniānae basilicæ donauerat, furto geminis spoliata mirum in modum exornauit. Hunc aut tante sanctitatis fuisse cōstat, ut & basiliscum serpentem (quem latini regulum appellare possunt) suis orationibus e fornice sanctæ Lucia uirginis in Orpheu expulerit, cui⁹ halitu et ueneno multi mortalium perierat: in cendium illud signo crucis extinxit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum uagatum diu Petri basilicæ appropinquabat. Hoc asit factum est octaua die ab assumptione beatæ dei genitricis, qui dies postea ut festus celebratus est non longe à basilica Laurentij martyris extra moenia. Eo nanq; loco ipsius uirginis tēplum extabat, cui munificentissimus pontifex multa dona ex argento aurōque obtulit. Præterea uero op⁹ musiuū basilicæ sancti Martini & Sylvestri in montibus, incrustationemq; parietum à Sergio inchoatum ipse perfecit, ut epigramma indicat, quod solum supereft: nam pictura iā pridem coruit, uel incuria hominum, uel ueruſate collapsa. Ad hāc uero. XV. turres propugnacula urbis à fundamentis erexit: hāc duas permaxime necessarias, hinc dextra, hinc sinistra Tiberis amnis posuit infra Ianiculum & Auentinum, ne subuehi naues hostium ad diripiendam urbem possent. Idem quoq; sua diligentia corpora sanctorum quatuor coronatorum inuenit, eorumq; templum in splendidiorem formam inauiauit. Sanctos ipsos sub altari collocavit, Sempronianum, Claudium, Nicostratum, Castorium. His addidit & corpora Seueri, Seueriani, Carpophori, Victorini, Marij, Felicissimi, Agapeti, Hippolyti, Aquilæ, Prisci, Aquini, Narcissi, Marcellini, Felicis, Apollinis, Benedicti, Venanti, Diogenis, Liberalis, Festi, Marcelli; Addidit & caput sancti Proti, Cæciliæ, Alexandri, Sisxi, Sebastiani, Praxedis. At uero dum his rebus, ut sanctissimum uirum decebat, quam diligenter uacaret, nunciaretq; Saracenos cum magna clasie diripiendæ urbis caula aduentare, & neapolitanos ac cæteros illius oræ maritimæ paulo post ipsi urbi auxilio futuros, ipse statim cum quanta potuit manu Hostiam proficisci: teoq; oēs auxiliare copias conuocat, cum hostibus dimicaturus si copiam pugnandi fecissent. Suos autem sanctissimus pontifex ad communionem primo adhortatus, ubi id obsequens tissime fecissent, orati onem ad deum his uerbis habuit: Deus cuius dextera beatum

Perrum ambularem in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulū tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitiū, & concede, ut amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos ecclesiae tuae sanctæ dismicantia omnipotenti dextera tua corroborent & cōualescat: ut de recepto triūpho nomine sanctum tuū in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis statim facto signo crucis pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pugnam iniere, ac si uictorianam certam fibi propositam uiderent, tandem uero post longum & acre certamen hostes superant fuganturq;: multi in ipso prælio utpote nauali perire: pleriq; tamen uiui capti, & Romanum perduci suut. Placuit etiam ciuibus Romanis quodā ad terrorē non longe a portu Romano furca suspēdere, aduerfante tamē Leone ob mansuetudinē & clementiam, qua potissimum insignis habebatur: sed ire obuiam multitudini in tāto præsertim furore nō licuit. Eorum uero opera, qui uiui Romā perduci sunt usus est Leo in restituendis ecclesiis, quas ipsi Agarenī quondam diruerant & incenderant, in extenuendis moenia, quibus uaticanum cinxit, Leoninamq; urbem de suo nomine appellauit. Idq; potissimum effecit, ne deinceps hostibus liceret ecclesiam beati Petri una uel leui incurſioē spoliare & incendere, ut ante confueuerat. Non carueret suis prectionibus portæ. In ea em quā ad sanctū Peregrinū ducit, hāc erant in marmore casæ: Deus qui apostolo tuo Petro collatis clauibus regni cælestis, ligandis atq; soluendis pontificum munus tradidisti, concede ut intercessio eius auxilio à malis nexibus liberemur, & hāc ciuitatē quā nouiter te adiuuāte fundauimus, fac ab ira tua in perpetuum manere securam, & de hostibus quorum causa cōstructa est, nouos ac multiplices habere triumphos. In secunda uero porta quā apud Hadriani molem ad prata ducit, hāc uerba inerant, Deus qui ab ipso huius mundi principio hanc sanctam catholicam & apostolicam Romanam ecclesiam ab hostibus custodiens & confirmare dignatus es, iniurias nostras chirographum propitiatus emenda, & urbem hāc quā tuo sancto nomine per apostolorum Petri & Pauli suffragia nouiter dedicauimus, ab omnibus inimicis & infideliis securā permanere cōcede. Tertia aut preatio erat in frontispicio portæ qua ibat ad scholam Saxonū, his uerbis, Praesta quāsumus omni potēs & misericors deus, ut ad te toto corde clamaentes intercedente beato Petro apostolo tua pietatis indulgentiam cōsequamur, & urbs quam ego famulus tuus Leo quartus episcopus Romanus te auxiliante meo nomine Leoninā uocauimus, nouoq; opere dedicauimus, ut secura atq; illa pmaneat apud clemētiam tuam iugiter exoramus. Hanc autem urbem primo pōtificatus sui anno inchoaram, demum sexto ab soluit: eamq; Corsis quos Saraceni ex insula depulerant incolendam dedit, assignatis uirilis agris unde uiuerent. Sed miror in portis ipsiā aliam nūc inscriptionem legi uersibus hexametris ineptis quidem, quos certe Leonis nullo modo esse arbitror, licet sub eius nomine feratur. Ex manubijs uero Saracenorum dona quādā, tum ex auro, tū ex argento basilicis Romanis obtulit. Sunt qui scribant eius mādato etiam basilicam sanctæ Mariæ in uia noua adificatam fuisse, & turrim in uaticano apud sanctum Petrum quam ad huc cernimus. Fores præterea sancti Petri ab Agarenis direpta ex argēto restituit. Synodus septē et quadragesima episcoporum.

fecisse, singulis nummis argenteis in singulas domos quotannis collatis. Moritur autem Leo vir sanctissimus, & optime de ecclesia dei, deq[ue] urbe Roma ac nomine christiano meritissimus, confilio, autoritate, diligentia, doctrina, magnificientia praeclarorum operum anno pontificatus sui octavo, mense, III, die sexto, XVI, calendas Augusti, sepelitusq[ue] in basilica Petri. Vacat rum fedes mensibus duobus, diebus, XV.

CVI.pontifex

JOHANNES. VIII.

CVII.ponti.

BENEDICTVS. III.

Benedictus tertius, patria Romanus, pater Petro, merito Benedictus appellatus est ob sanctitatem uitæ & rerum diuinarum gratiam. Sub Gregorio enim mil- tans, cum ab eo subdiaconatus gradum accepisset, ita deinceps uixit, ut mortuo Leone unus Benedictus tanti pontificis dignus successor haberetur. Ad hunc itaq; con- currentes omnes tanquam ad unicum & benignissimum fidus à deo in terras missum, eū pontificem decernunt. Qui flens, & deum ac sanctos testes faciens, se nequaquam dignit esse qui tanta sedi præficeretur dicebat. Acclamantibus itaq; omnibus, & electionem ap- probantibus, inuitus tandem pontificium munus suscipiens, in atrium lateranense per- ducitur, & in sede Petri collocatur. Inde uero in equo albo sedens, ad ecclesiam sanctæ Mariæ ad Præsepe ductus, ieiunijs triduo & orationibus uacauit, deum rogans ut fibi li- ceret sancte & integre ecclesiam suam gubernare. Eò aut post diem tertium iterum uoc- nere omnes, & eius pedes de more osculati sunt. H̄i potissimum qui Rhodoaldi portu- si episcopi factionem secuti, alium nescio quem; uel C ut quidam uolunt C Anastasiū à Leone pontificatu deiectum, hominem ignotum pridie eius diei Benedicto præferre conati fuerant; sed cognito errore (ut dixi) ueniam petentes in sententiam bonorum tan- dem uenere, & hominem sanctissimum de more adorarunt. Idem fecere & Lodouicū imperatoris legati, ad confirmandam cleri ac populi electionem Romam missi. Seque- nti uero die comitate populo ad basilicam Petri deductus uidentibus omnibus, ut mos est, & antiqua traditio dictat, consecratus insignia p̄tificis suscepit acclamantibus omni-

bus & plaudentibus. Tantæ em̄ mansuetudinis fuit, tantæ dignitatis corpore & animo, ut tam in magistratu constitutus, q̄ in uita priuata charus om̄ibus & gratius uideretur. Hic quidem ad cultum dñiunum conuersus, multas ecclesiæ uetustate collabentes restituuit, & dona pleragi in earundem sacraria reposuit. Instituit præterea ut funeribus episcopi, presbyteri aut diaconi pôtex unâ cum cero intercesserit honori ad corporis defuncti, & commendandæ animæ gratia; mandauitq; ut uicissim clerici mortui pontificis funus celebraret. Ipse uero quod instituit dum in uita esset, non uerbis tantum, sed re ipsa compobauit. Sacerdotum enim funerib; semper interfuit. Aegrotos præterea inuisit, pauperes aluit, desperatos & calamitosos consolatus est, uiduas & pupilos acerrime tutabatur. His artibus uitam sanctissimam traducere suo magis q̄ populi Romani tempore, moritur pontificatus sui anno secundo, menfe VI. die. IX. Sepultus est autem ante fores basilice beati Petri apostoli. Interim uero dies. XV. episcopatus uacat.

NICOLA VS. I

CVIII. pō.

Nicolaus primus, patria Rōmanus, patre Theodosio bene ac sancte à teneris annis educatus, primo quidem subdiaconus à Sergio, mox uero diaconus à Leone creature. In quo ordine adhuc constitutus nullum genus pietatis missit. Benedicti corpus suis manibus tumulo collocauit non sine multis lachrymis. At uero cum peracto de more funere creare alterum pontificem necesse esset, cumque ieiunium, uigiliis, orationibus instaret homines, ut talem a deo consequerentur pontificem, quem amiserant, in basilica sancti Dionysij confessoris atque pontificis eō nangū eius rei causa conuererant, post longam consultationem Nicolaum absensem pontificem creant: & fugientem in Iulianum, latitatemque uitandi honoris causa conquistatum in atrium lateranense perduxerunt, & non lementem etiam in solio apostolico collocarunt. Deinde uero in basilica Petri consecratus, sumptuosa de more pontificia corona, multa eis Lodouico Caesaris qui tum aderat colloctus est, tum ad pontificatum, tum ad imperium pertinenter. Cum uero Lodouicus ipse ab urbe discessisset, consedissetque in Iulio, quē Romani Quinque appellabant, eo profectum Nicolaum ferunt cum praeceribus urbis Romæ, itaque horifice suscepimus, ut imperator ad mille passus pontifici obuiam factus ex equo defens, eum freno manibus attrectato in castra perduixerit. Erat enim tantæ uenerationis & maiestatis, tanta eloquentia & doctrina, ut ab omnibus tanquam numen coleretur. Habitò autem simul longo & secreto colloquio post epulas, osculogio inuicem dato & accessu ad urbem pontifex rediit: quam quidem excrescentia Tiberis ita uexerat, ut non nisi in tribus de uico ad uicum transire liceret. Nam & ecclesiam sancti Laurentii in Lucina, & monasterium beati Sylvestri, & totam illam planitatem, quæ à uia lata ad radices tarpeas rupis ad uiam argentariam ad auentinum ducit, ita occupauerat, ut instare diluvium ulgo putatum sit. Hac inundatione & multæ domus eversæ sunt, & plures arbores euilissæ, & fata passim disiecta. Nec hoc semel eo anno, sed iterum decembris mensis Romæ accidit. Emendare hæc damna uel potius delinire pontifex enixus, nullum genus officii & pietatis in ciues suos omisit. Interim uero Michael Theophili filius Constantinopolitanæ urbis imperator legatos cum muneribus Romanis misit, qui & limina apóstolorum & pontificem inuiserunt. Haec autem munera fuere, patena aurea, & calix aureus iusti ponderis cum gemmis magnæ aestimationis. Hic est ille Michael, quem postea Basilius consors imperii factus dolo neceauit, ut solus imperio potiretur. Habitò sunt autem pontificis perbenigne legati, & dominum uicissimum cum muneribus missi. Nicolaus uero pontificia dignitatibus admodum consulens, Iohannem archiepiscopum Rauennatem ad sedem apostolicam propter obiecta crimina uenire recusantem dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Lodouicum confugiens, ab imperatore literas commendatitatis ad pontificem obtinuit, & legatos qui à pontifice impetrarent, ut Iohannem archiepiscopum Romam ad causam dicendam tuto proficiat. quod haud grauata pontifex concessit. Iohannes autem facta dicendi copia in magno præsumul conuentu in domo Leonina, nil aliud fassus est quæ se maiestatis reum esse, ob eam rem et à pontifice, et ab his qui eo in conuētu

Tiberis excre-
scētia tā ma-
gna ut diluui-
um instare Ro-
mani putau-
erint.

aderant, se ueniam petere. Motus hac confessione pontifex, & precibus qui tum aderant, his cōditionibus Iohannē in gratiam recipit, ut & se in cōcilio de heresi purgaret, utq; quotānis Romā se profecturum polliceretur, quoad fieri posset, & ne electos etiā cano nice in flammīnea episcopos consecrandi facultatē haberet, nisi id sibi à sede apostolica literis concederetur; ne'ue eosdē episcopos Romam proficisci quotiescumq; uellent prohiberet, utq; ei nullam exactiōnem quam sacri canones non recipiunt, nullum morem, nullam consuetudinē introduceret liceret. Postremo uero ei sub anathematis pena mā datum est, ne de bonis ecclesiæ quicquam immutaret aut decerneret inconfulta fede apostolica: ne'ue etiā prophana ei recipere liceret, nisi id placere summo pontifici intellexisset. Has autem sanctissimas iussiones tota synodus ita approbavit, ut ab omnibus ter acclamatū sit. Rectum iudicium summi p̄f̄sūlū, lustro diffinitio pastoris uniuersalī ecclie, Salubris institutio Christi discipulis omnibus placet. Omnes autem eadem dicimus, eadem sapimus, eadem iudicamus. Tum uero Iohannes uidentibus omnibus, eadē se conseruaturum iure rurando & scripto confirmauit. Arḡ ita soluta synodo Iohannes Rauennam ad suos rediit, liberatus autem hac moleftia pontifex ecclesiam dei genitricis (quae prius antiqua, nunc uulgo noua appellat) restituit, egregijsq; picturis exornauit. Regem Bulgarorum cum omni prouincia ad fidem Christi literis & fanis admonitioni bus cōuertit, eisdēq; Bulgari episcopos & presbyteros dedit, qui neophytiō in fide cōfirmarent, pulso Photino, cuius fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerant. Pacē p̄t̄ ea inter Lodouicū imperatorem & Andalīsium Beneuentanum ducem cōp̄oluit. Saracenos Beneuentum usq; aliquid peruagatos repulit. Postremo uero approbatē Lodouico imperatore instituit, ne princeps ullus secularis aut imperator concilijs clericorū interesse auderet, nisi de fide ageretur, liceret tum ac par esse censuit. Sunt qui scribāt beatum Cyrillum ex Gersona Ponti sancti Clementis corpus Romam tum delitescit: idq; in ecclie his temporibus sancti Clementis appellata, reconditum fuisse, nec ita multo post Cyrillum mortuum eo loci sepultum iacere. Nicolaus autem in omni genere uirtutis unici uiri exemplar septimo pontificatus sui anno, mense nono, die decimotertio moritur, & ante fores basilicæ beati Petri ex testamento sepelitur. Sunt qui scribāt post mortem eius annis octo, mensibus septem, diebus nouem sedem uacasse,

CIX. p̄t̄.

HADRIANVS .II.

HAdrianus secundus, patria Romanus, patre Talaro episcopo, Sergio p̄t̄fici familiaris fuit: a quo cum aliquādo denarios quadraginta dono accepisset, domū rediens dispensatori mandauit, ut eos peregrinis & pauperibus, qui in uestibū lo domus sua stabant, erogaret. Facerē ille mādata conatus, cū uideret ne mīmina qđem p̄t̄ tantutula re satissieri posse, ad Hadrianum rediēs, rem ipsam exponit. Tum Hadrianus accepta pecunia ad pauperes ueniens, & ternos denarios singulis p̄f̄stit, et totidē fibi rei familiaris satissacturus reseruauit, admirāte dispēsatorē miraculo rei, Cui Hadrianus, uides, inq; quā benignus & largus sit dominus his p̄f̄st̄, qui liberales & munifici in pauperes sunt. Hac & alijs uirtutibus tanto in pretio apud omnes fuit, ut cī de pontifice creando sermo haberetur, certatim omnes unicū Hadrianū deligerent, quē etiam ab ecclie sancta dei genitricis ad Præsepe ad Lateranē sem basilicam nolentē de tulere, ac statim pontificem crearunt. Non est habita in tanto tumultu cuiuspīam ratio. Hanc ob rem Lodouicū legati, qui eius rei causa aderant indignati, quod nūsq; (ut parerat) dum hāc agerentur interesse potuissent, & autoritatem imperatoris in creādo p̄t̄fice interponere. Legatis autem hac ratione satissactum est, quod dicēt multitudinis uoluntatem in tanto tumultu moderari non potuisse, eos tamen recte facturos si uirum optimum, quem & clerū & populus elegerat de more p̄t̄ficiē salutarent. Fece re id legati, quāquam aperte cernerent clerū & populum eligendi pontificis totam autoritatem sibi uendicare, ne deinceps principis cuiuspīam nūtus expectaretur; forte etiā ut libertas ecclieastica tū + mollesceret. Superuenere a Lodouico imperatore literæ, q̄bus Romanos admodū laudat, φ summum pontificē sancte & integre creassent, nō ex-

Alij soleceret.

pectato alioz uoto, q̄ forte ea in re ob ignorationē p̄sonarum minus iudicij habuissent. Qui em̄ fieri posse dicebat, ut peregrinus & hospes dignoscere possit in aliena repū. q̄s porissim ceteris p̄f̄ferendus sit, id maxime ad ciues p̄tinere, & ad eos p̄f̄st̄ qui cū inquinis familiariter uixere. Hadrianus aut̄ pontificatū adeptus, omnia que ad honorē summi dei pertinerēt diligenter circumspiciebat, uerbis, exemplo, autoritate, tum sua, tum maiorū, unumquēq; ad bñ beatēq; uiuendū cohortatus. Circunuertos etiā alioz iudicij & potētia acerrime tutus est. Haberi enī synodū Constantinopoli passus est, qua & pulsus Photius uir seditus, & restitutus Ignatius iā anteā iniuria pulsus. Habi ta etiā in eadem synodo longa contentio est, Bulgari ne (quoz legati tum aderant) sedi Romanæ an Constantinopolitanā subiecti essent. Tandem uero Basilio contradicente Romanā sedi adiudicant. Quare Hadrianus à Bulgariis rogatus, ut uirū uita & doctrina insignem in prouinciam mitteret, cuius autoritate & exemplo in fide Christi retinetur. Tres sanctissimos uiros eo cum summa potestate misit, qui ecclieas illas ex sentia ad meliorem cultū redigerent. Hi aut̄ fuere, Sylvestr̄ subdiaconus, Leopardus Antonianus, Dominicus Taruifinus, qui rem omnem ex suā pontificis breui cōposuerū. Quāquam Bulgari nō ita multo post donis & pollicitationibus à Constantinopolitanis corrupti, pulsis Latinis sacerdotibus Græcos receptorēt: qua quidem seditio multorum malorū incendia inter Græcos & Latinos suscitauit. Hadrianus uero se omnis ecclesie hostibus quoad fieri poterat obiiciens, cum mortuo Lodouico Carolū filiū inuncturus esset, moris pontificatus sui anno. V. mense, IX. die. XII. Eius aut̄ an mortem & tribus diebus sanguine apud Brixiam pluit, & locustæ Gallias mirū in modum uasta runt, tam calamitosæ mortis indicia permáxima.

IOHANNES .IX.

Tribus diebus
sanguine pluit.

Iohannes nonus, patria Romanus, patre Gundo, initio p̄t̄ficiatus sui Carolū, qui tum Romā uenerat imperatore decernit. Hanc ob rem indignati duo Caroli Lodouici regis Germaniae filii, contractis undiq; copijs in Italiam descendunt patruī Carolū imperio simul & uita priuaturi. Is aut̄ tridentinos faltus nepotibus clausurū cum exercitu Veronam properans, apud Mantuanū ualeutudine correptus, uenenata pōtione moris, quam Zedechias Iudæus quo medico utebatur, curandæ ualeutinīs causa (ut creditum est) ei dederat. Ea re cogniti Iohannes pontifex omnibus uiribus amittebat, ut Lodouicus rex Franciæ Caroli filius imperator decerneret. Quo minus aut̄ id faceret, obstatere Romani proceri, Carolū tertium Germaniae regem, qui cum fratre Carolomanno iam partem Italīa occupauerat, imperatorem esse cupientes. In tanta uero seditione cum non decesserit, qui etiam Lodouicū fauerent, pontifex capiē, & in uincula coniūctus. Hanc ob rem non ita multo post adiuuantibus quibusdam amicis ē uinculis prolapsus, ad Lodouicū cognomento Balbum in Franciā configit: ubi per annum immoratus & regem inunxit, & controversias quasdam inter ecclieasticos ortas sustulit. Nam Gibertus Neumanensis episcopus Leonem abbatem possessione monasterij sui uī priuauerat. Erat enim monasteriū sancti Petri, in quo beati Aegidij corpus quiescebat. Situs aut̄ loci Flauianus appellatus est à ualle Flauiana, quam Flauius quondam rex beato Aegidio donauerat: is postea eo loci in honorem Petri & Pauli monasteriū cōdiderat. Multis itaq; episcopis & iudicib; adiuuantibus pontifex cognita causa Leonī monasteriū adiudicat. A relate hāc contentio extincta est, unde Iohannes abiens, annuente Lodouico apud Trecas ciuitatem concilium habuit: in quo & multa ad fidē pertinēta sunt instituta, & Flandris qui tum primum ex locis nemorofis ad meliorem cultū uenerant, episcopus datus est. Verum cū Italīa à Saracenis uastaret, cumq; iam mōtis Cassini monasteriū cepissent ac dirūpūssent, Iohannes Romā accūsus adiuuantibus principibus Christiani, Agarenoy magnam prem̄ Italia ac Siciliā expulit. Carolū p̄terea, quo ei liberius in urbe uiuere liceret, imperiū corona donauit, tertiusq; Carolus appellatus est. Qui postea in Normānos mouēs, Franciā & Lothoringiā uastantes, ita eos p̄domuit, ut Rhofredus eoꝝ rex pacem petere & fidem Christi suscipere coactus sit; quē imperator in

CX p̄t̄fice.

Carolus imp.